

www.e-rara.ch

**Briani Waltoni, angli, viri celeberrimi, Biblicus apparatus,
chronologico-topographico-philologicus**

Walton, Brian

Tiguri, 1673

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-9507>

Chronologia sacra a condito mundo ad eundem

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



CHRONOLOGIA SACRA

A condito Mundo ad eundem reconditum per Dominum
Jesum Christum, atque inde ad ultimam Judæorum per Romanos
Captivitatem deducta.

Ex sola Scriptura sacra, perpetua,

Aliquot Tabulis, cum earum probationibus comprehensa.

Per LUDOVICUM CAPELLUM. S. T. D.

& Linguae Hebraicae Professore Salmuriensem.

~~~~~

## Praefatio & Praemonitio ad Lectorem.

**C**um tot jam sint, ab annis plus centum, Chronologiae editae, tot Chronicorum & Anna-  
lium à condito mundo Scriptores non in celebres miraberis fortè, Lector, unde mihi  
venerit in mentem novam istam procudere, atque in vulgus protrudere Chronolo-  
giam, hoc est, uti videtur, actum agere. Sanè si nihil hic esset quod alibi non aequè invenire-  
tur, frustra à me susceptus esset hic labor. Verùm cum tot sint de hoc argumento, deque anno-  
rum mundi summa & numero Scriptorum varia sententia, pluresque de eo dubitandi & di-  
versimodè sentiendi causa perplexa & obscura, cumque sit unicuique Chronologo sua propria  
& peculiaris dirigendi in certas Classes & Tabulis annos mundi methodus & ratio, etsi ni-  
hil aliud esset, venia concedi mihi posset, quod & propriam sententiam, & peculiarem metho-  
dum sequar & proferam in medium. Verùm praeterea hoc mihi fuit praecipuè propositum,  
certum nempe & definitum annorum mundi numerum in singulis Classibus & Tabulis sedulo  
indagare, ac pro virili indubitatis & inopis ex solo Dei verbo aperire & solide demonstrare;  
ideo spero te in brevi ista Chronologia aliquid inventurum, quod tibi satisfaciet, nec temerè,  
uti arbor, alibi invenies, brevitate scilicet cum claritate & demonstrationum pondere  
ac certitudine conjunctam, quantum id à me post tot aliorum labores, in tam perplexo & ob-  
scuro argumento fieri potuit, magna cum accuratone. In historia & rerum eventibus nar-  
randis atque explicandis non immoror, illa enim per se satis nota sunt & plana illis quibus  
S. Scriptura lectio est familiaris; rerum seriem & annorum summam praecipuè persequor &  
indago, ac demonstrare conor. Calculum τῶν LXX. & Samaritanorum, quantum fieri po-  
tuit, cum eo qui ex originario textu Hebraico colligitur, compono & concilio, non omnino forè  
infeliciter. Annorum ab Exodo ad conditum à Salomone Templum numerum annis totis  
centum supra vulgò receptam summam auxi, cujus augmenti causam & rationem reddo non  
inidoneam, ne dicam certam & indubitata demonstrationem, unde Judicum historia, quae  
aliàs perplexa, & involuta ac plurimis difficultatibus impedita est, facilis, plana & expe-  
dita redditur. Historia Regum Juda & Israelis, in annorum, qui singulis Regibus tribuun-  
tur, numero intricatam admodum, & non quidem contradictionum, sed saltem ἐναντιοφάντων  
plenam concilio ac perspicuam reddo, submotis & explanatis, quae in ea occurrunt circa anno-  
rum numerum difficultatibus atque spinis, satis, uti puto, clarè & feliciter, supra quàm ab  
aliis quantum quidem ego novi, factum ante me est. Septuaginta annorum Captivitatis Ba-  
bylonicae, Persicae item & Graecorum Monarchiae, ut & septuaginta Hebdomadum Danielis  
initium & finem exquiro, pono ac demonstro, quantum fieri potest, accuratè; unde historia sa-  
cra cum exotica & profana aptè connecitur, & deducitur usque ad initium Ecclesiae Chri-  
stianae per Apostolorum praedicationem constituta ac constabilita, in Ierosolymorum & Respu-  
blica Judaica everfione, Iudaorumque rejectione, ac per totum orbem habitabilem dispersione:

CHRONOLOGIÆ S. TABULA I.

In his omnibus, sicubi à vulgò recepta Chronologorum sententia defleto, certam mei dissensus rationem reddo. Denique dedi ubique, ut potui, operam, ut in his tum legendis, tum, si liber, examinandis causam non habeas justam conquerendi, te tempus & operam frustra collocasse, sed potius gratulandi quòd nova hinc tibi in sacra Historia lux affulserit. Quare si quem hinc ad te fructum redire sentias, Deo Opt. Max. omnis boni, veri & lucis fontis & auctori, gratias ago, meque illi precibus tuis commendato.

CHRONOLOGIÆ SACRÆ.

TABULA PRIMA

Decem primorum Patriarcharum stemma, & annorum vitæ summam complectens ad Diluvium usque, idque juxta triplicem, Judæorum, Græcorum & Samaritanorum calculum.

| Secundum textum Hebr. |              |                        |                          |             | Secundum LXX. Interp. |            |                  |                        |                          | Secundum Samaritanos. |              |              |              |                        |                          |             |         |
|-----------------------|--------------|------------------------|--------------------------|-------------|-----------------------|------------|------------------|------------------------|--------------------------|-----------------------|--------------|--------------|--------------|------------------------|--------------------------|-------------|---------|
| vitaæ suæ.            | Genuit anno. | Vixit postquam genuit. | Vixit in uni-<br>versum. | Anno Mundi. |                       | vitaæ suæ. | Genuit anno.     | Vixit postquam genuit. | Vixit in uni-<br>versum. | Anno Mundi.           |              | vitaæ suæ.   | Genuit anno. | Vixit postquam genuit. | Vixit in uni-<br>versum. | Anno Mundi. |         |
|                       |              |                        |                          | Natus est.  | Obijt.                |            |                  |                        |                          | Natus est.            | Obijt.       |              |              |                        |                          | Natus est.  | Obijt.  |
| 1                     | Adam         | 130                    | 800                      | 930         | 1                     | 930        | 230              | 700                    | 930                      | 1                     | 930          | 130          | 800          | 930                    | 1                        | 930         |         |
| 2                     | Serh         | 10                     | 807                      | 812         | 130                   | 1042       | 205              | 707                    | 912                      | 230                   | 1142         | 105          | 807          | 912                    | 130                      | 1042        |         |
| 3                     | Enos         | 90                     | 815                      | 905         | 235                   | 1140       | 190              | 715                    | 905                      | 435                   | 1340         | 90           | 815          | 905                    | 235                      | 1140        |         |
| 4                     | Kainan       | 70                     | 840                      | 910         | 325                   | 1235       | 170              | 740                    | 910                      | 625                   | 1535         | 70           | 840          | 910                    | 325                      | 1235        |         |
| 5                     | Mahalalcel   | 65                     | 830                      | 895         | 395                   | 1290       | 165              | 730                    | 895                      | 795                   | 1690         | 65           | 830          | 895                    | 395                      | 1290        |         |
| 6                     | Jared        | 162                    | 800                      | 962         | 460                   | 1422       | 162              | 800                    | 962                      | 960                   | 1922         | 62           | 785          | 847                    | 460                      | 1307        |         |
| 7                     | Enoch        | 65                     | 300                      | 365         | 622                   | 987        | 165              | 200                    | 365                      | 1122                  | 1487         | 65           | 300          | 365                    | 522                      | 887         |         |
| 8                     | Matufala     | 187                    | 782                      | 969         | 687                   | 1656       | a. 187<br>b. 167 | 782<br>802             | 969                      | 1287                  | 2256         | 67           | 653          | 720                    | 587                      | 1307        |         |
| 9                     | Lamech       | 182                    | 595                      | 777         | 874                   | 1651       | 188              | 565<br>535             | 752<br>721               | 1474<br>1454          | 2229<br>2209 | 53           | 600          | 653                    | 654                      | 1307        |         |
| 10                    | Noe          | 500                    | 450                      | 950         | 1056                  | 2006       | 500              | 450                    | 950                      | 1662<br>1642          | 2612<br>2592 |              |              |                        | 707                      |             |         |
|                       | Diluvium.    |                        |                          | Dura vit.   | Cœpit.                | Defiit.    |                  |                        |                          | Dura vit.             | Cœpit.       | Defiit.      |              |                        | Dura vit.                | Cœpit.      | Defiit. |
|                       |              |                        |                          | 1           | 1656                  | 1657       |                  |                        |                          | 1                     | 2262<br>2242 | 2264<br>2244 |              |                        | 1                        | 1307        | 1308    |

NOTÆ IN PRÆCEDENTEM TABULAM PRIMAM.

**E**usebius initio Chronici sui Græci, quod collegit & notis suis illustravit Josephus Scaliger, comparat inter se Judæorum ex Textu Hebræo, Græcorum ex Translatione LXX. Interp. & Samaritanorum ex proprio codice, calculum annorum vitæ decem priorum Patriarcharum, qui ante Diluvium vixerunt, quorum genealogia habetur Genes. cap. 5. Ex illa collatione Tabulam hanc construximus, ut ex uno oculi jactu & obtutu collatio ipsa institui & intelligi facile possit. Addit etiam ibidem Eusebius Africani, celebris ante tempora sua Chronologi, de iisdem Patriarchis calculum; sed quia is parum & fermè nihil distat à calculo LXX. Interp. satis esse duximus, in Notis hisce nostris observare, si quando à LXX. Interp. discedat Africanus. Similiter quia calculus Samaritarum, quem Scaliger habet in opere suo de E-

mendatione temporum, parum differt ab illo quem habet Eusebius, satis fuerit hic annotare alterius ab altero discrimen. Porro in calculo Judæorum, qui ex hodierno Textu Hebræo instituitur, omnia sunt plana & expedita, nihil in eo est difficultatis. Liquer enim ex eo, novem priores Patriarchas omnes obiisse diem suum ante Diluvium, adeoque Mathusalam (qui omnium consensu fuit Patriarcharum omnium μακροβιότατος) mortuum esse anno, quo contigit Diluvium, hoc est, paulò antequam inciperet Diluvium. Calculum autem LXX. Interp. quod attinet, hoc primò in eo observandum venit, quod scilicet in sex Patriarchis, nempe quinque prioribus, & præterea Enocho (qui ordine septimus est) anno quo in Hebræo Textu dicuntur genuisse filium, LXX. Interp. addunt centum annos, quos mox detrahunt annis illis, quos iidem Patriarchæ dicuntur in Hebræo vixisse post genitum filium, ita ut sic consensus sit inter LXX. Interp. & Hebræum Te-

Textum in summa annorum, quibus illi Patriarchæ dicuntur vixisse in univ[er]sum. Hæc centum annorum additio & detractio non potest esse à casu & errore aliquo seu lapsu Librarii, sed consultò & dedità operâ, mutationem illam factam esse certum est. Et fortè non ab ipsis LXX. Interp. sed ab ipso, qui primus ex ipsorum autographo Biblia Græca descripsit & publicavit, facta est illa mutatio. (*De codicum Hebræorum variatione in his numeris, & de hisce rationibus, vide Proleg. de versione Græca LXX. Interp. sect. ult.*) Quo autem consilio factum id fuerit, duplex reddi potest à veri specie non aliena ratio, quam utramque Augustinus libro de Civitate Dei attigisse videtur. Hoc nempe primum dici potest, auctorem illius mutationis (sive ipsi fuerint LXX. Interp. sive quis alius) fuisse in ea sententia, in qua olim multi fuerunt, (& etiamnum sunt hodie fortè non pauci rerum imperiti) primos scilicet illos Patriarchas non fuisse multò *μακροβιωτέρας* quàm hodie vulgo sunt jam à multis seculis homines; Nempe vixisse eos ad summum annos duntaxat 75. & 80. proindeque eum existimasse, annos quibus dicuntur in Scriptura vixisse, esse duntaxat *μηνιαίους μηνήσους* *mensuatos*, hoc est, non 360. aut 365. sed 30. tantum, dierum, ita ut duodecim ejusmodi anni unum duntaxat solarem confecerint. Hoc polito cum videret posse sibi objici sex illos Patriarchas, quorum alius genuisse dicitur (ex Heb. Textu) anno ætatis 65. alius 70. alius 90. alius 105. alius denique 130. hoc est, secundum illam rationem anno ætatis 5. 6. 7. 8. 9. qui omnes sunt infra pubertatis annum, qui definitur annus ætatis decimus quartus, ut declinaret illam objectionem, videtur consultò adjecisse illorum annis centum alios, ut sic inveniantur omnes genuisse circa vel post pubertatis annum, anno nempe ætatis vel 14. vel 17. aut verò etiam vigesimo. Hæc una videtur esse ratio mutationis illius in annorum numero factæ, quæ ab Augustino reddi videtur libro decimo quinto de Civitate Dei, capite duodecimo.

Altera potest hæc afferri. Dato annos illos solares fuisse dierum 365. quales sunt hodie; existimare potuit ille Corrector, eam tum fuisse rationem & proportionem annorum pubertatis ad longissimum vitæ hominum, jam à multis seculis, curriculum. Jam verò decimus-quartus annus (qui primus pubertatis annus censetur, quo mares primum apti ad gignendum esse existimantur,) non est nisi quinta aut sexta pars longissimi vitæ hominum curriculum, hoc est 70. vel 80. annorum. Eandem itaque videtur ille existimasse fuisse tum temporis rationem pubertatis ad annos vitæ illorum hominum, ut non prius cœperit quisquam gignere quàm attigisset quintam aut sextam curriculum vitæ suæ partem. Quin etsi 14. annus definiatur jam pubertatis annus, paucissimi tamen sunt & pænè nulli, qui tam maturè incipient dare operam liberis, vixque videas hodie patrem ullum qui non sit 20. aut 18. vel ut minimum 16. annos natus, qui quadrans est aut quinta pars longissimi vitæ hominum curriculum. Jam verò annus 65. quo Enoch & Mahaleel dicuntur in Hebræo genuisse; vix est decima-quinta pars vitæ ipsius Mahaleel, aut sexta vitæ Enoch, cuius tamen vita duplo brevior fuit quàm reliquorum omnium Patriarcharum

ante Diluvium. Annus autem 105. quo Seth dicitur genuisse, non est nisi decima pars vitæ ipsius. Denique annus 130. vitæ Adami, quo Adam dicitur genuisse Sethum, non est nisi septima pars totius curriculum vitæ Adami. Atqui jam ante Sethum Adam alios suscepit liberos Abelem & Cainum. Itaque ut tum eadem propemodum servaretur proportio, quæ jam per tot secula servata est à Natura in generatione hominum, ut nempe homines tum temporis gignere primò cœperint, quum exegerant longissimi vitæ suæ curriculum quadrantem aut quintam partem, putavit ille Corrector addendos esse 100. annos illis quibus primi Patriarchæ dicuntur in Hebræo gignere cœpisse. Eoque facilius illuc inclinasse videtur, quòd videret decem illorum Patriarcharum non nisi quatuor esse, qui dicantur genuisse ante annum centesimum. Reliqui enim dicuntur superasse centesimum annum quum gignere cœperunt. Ita ut potuerit ille facile existimare, errore aliquo & lapsu Librarii detractos fuisse quatuor illis Patriarchis, adeoque & Adamo & Setho, centum annos, quos ille addendos vel potiùs restituendos esse censuit. Hæc posterior ratio ab Augustino innui videtur lib. 15. de Civitate Dei cap. 15. verbis: *Tanto serior fuit proportione pubertas, quanto vita totius major annositas.*

Jam verò ex illa centum annorum additione factum est, ut æra Diluvii, quæ ex Translatione Græca LXX. Interp. colligitur, posterior sit 606. annis verò Diluvii ærâ, quæ ex Textu Hebræo habetur, uti planum fit ex Tabula. Indidem est quòd secundum calculum LXX. Interp. omnes Patriarchæ (solo Adamo excepto) alio planè Mundi æræ anno & nati & defuncti esse inveniantur, quàm ex Hebræorum calculo colligitur.

Observandum est secundò, in calculo, qui est secundum LXX. Interp. variam esse codicum Græcorum, in annorum notatione, lectionem, & primò quidem in numero annorum, quibus Mathusalah dicitur genuisse Lamechum. Nam Eusebius, eumque securus Hieronymus in Chronico & alibi (pura Traditionibus Hebraicis in Genesin) adeoque Augustinus loco modò citato ex libris de Civitate Dei, testantur Mathusalah secundum LXX. Interp. genuisse Lamechum anno ætatis suæ 167. post genitum autem Lamechum vixisse 802. in univ[er]sum autem annos vixisse 969. Atque sic habet editio Romana Græcolatina τῶν LXX. Lutetiæ recusa anno Christi 1628. Unde sequitur (si id verum est) Mathusalah vixisse ut minimum annos 14. vel 15. post Diluvium. Quod Eusebius, & Hieronymus, & Augustinus agnoscunt & mirantur, & qua ratione id fieri potuerit, magnam ajunt fuisse & famosissimam in Ecclesia, suo tempore, quæstionem planè insolubilem. Quam Hieronymus Traditionibus Hebraicis in Genesin, & Augustinus lib. 15. de Civitate Dei cap. 13. non aliter solvunt quàm ex Textu Hebræo, ex quo liquet Mathusalah obiisse anno ipso Diluvii. Nisi quòd Augustinus sub finem illius capituli innuere videtur aliquam fuisse variam codicum lectionem in numero illo 167. annorum Mathusalæ; dicit enim in nonnullis codicibus, nempe Græcis tribus, uno Latino, & Syro uno, consentientibus, inveniri Mathusalah obiisse 6. annis ante Diluvium. Quòd verum esse non potest

potest nisi pro 167. legatur 187. uti mox demonstrabitur.

Et sanè Africanus (qui secutus est Translationem LXX. Interp.) apud Eusebium in Chronico Græco, dicit, Mathusalam genuisse Lamechum anno ætatis suæ 187. ubi omnino errore Librarii vel Typographi scriptum est επε pro ρπζ, hoc est, 187. pro 187. Manifestum hoc est ex Georgio Syncello, quem citat Scaliger in notis suis ad Eusebium pag. 242. his verbis: τῷ ρπζ ἔτη τῆ Μαθυσάλα φέρει τὴν γένεσιν Λαμέχ, οἷς ὁ Ἀφρικανὸς ἀκόλουθῆσας τῷ βσξβ ἔτει τῆ κόσμου τὸν ἐπὶ Νοῆ κατακλυσμὸν ἐσοιχείωσε. hoc est: *Sunt qui 187. Mathusala anno assignant natiuitatem Lamechi, quos secutus Africanus Diluuium quod sub Noacho contigit, anno æra mundi 2262. assignauit.* Rursus idem Syncellus ibidem pag. 243. Ἀπὸ Ἀδάμ ἕως κατακλυσμῶ ἔτη βσμβ, ἔτος ἧ ἡ ὁ Εὐσέβιος, ἡ ὁ ἀληθινὸς λόγος, ἡ τὰ πλείστα τῶν Μωσαϊκῶν ἀντιγράφων περιέχουσι ἡ τὴν ἰῶν ὁ ἐκδοσιν. Ὁ μὲντοι Ἀφρικανὸς βσξβ ἔλογισατο ἐκ τινῶν σπανίων ἀντιγράφων ἔτος περιεχόντων. hoc est, *Ab Adam ad Diluuium usque sunt anni 2242. Sic enim & Eusebius habet, & vera supputatio, & plerique librorum Moisaicorum codices, juxta Translationem LXX. Interp. Africanus autem annos computat 2262. ex paucis nonnullis exemplaribus qua sic habent.* Item Ἀφρικανὸς ἧ πρὸς Εὐσέβιον ἀπὸ Ἀδάμ ἕως κατακλυσμῶ ἔτη κ'. hoc est, *Africanus dissentit ab Eusebio annis 20. in summa annorum ab Adam usque ad Diluuium.* Ex his manifestum est Africanum secutum quædam Translationis LXX. Interp. exemplaria, computasse ab Adam ad Diluuium annos 2262. annos nimirum 20. plures, quàm Eusebius ex aliis ejusdem Translationis exemplaribus numerat, idque non aliunde esse quàm quòd Africanus in quibusdam codicibus Græcis inuenit scriptum, Mathusalam natum fuisse annos 187. cum genuit Lamechum, cum alii plerique omnes codices (quos Eusebius & Syncellus secuti sunt) numerent duntaxat 167. Sed nec solus Africanus ab Adam ad Diluuium annos numerat 2262. verum etiam Epiphanius, (citante ibidem eodem Scaligero) & Fasti etiam Siculi, quod verum esse (uti dixi) non potest, nisi statuatur Mathusala natus annos 187. quum genuit Lamechum.

Ex his omnibus liquet, non omnes omnino codices Translationis LXX. Interp. habuisse 167. annos, uti volunt Eusebius & Syncellus, sed quosdam saltem (fatente vel invito ipso Syncello) habuisse 187. Quod & ipse Eusebius videretur agnovisse, nam postquam de Mathusala dixit ἔτος ἧ τὰς πανταχῆ βίβλους ὑπερέβη τὸν κατακλυσμὸν ἔτεσι κ' ὡς ἀπορον πῆ διεσώθη ἐν τῷ κατακλυσμῷ, hoc est, *Is secundum omnes qui ubique sunt codices supervixit Diluuium annos 17. ita ut difficile sit explicari, ubinam tempore Diluuii servatus sit ab aquarum inundatione.* Immediatè deinde subjicit, τίνα ἧ τῶν ἀντιγράφων ἔχει, ὅτι ψββ ἔτη ἐπέζησεν μετὰ τὸ γεννησάμενον, hoc est, *Nonnulli tamen codices habent, ipsum annos 782. vixisse postquam genuit.* Ex his colligere licet, codices illos qui Mathusalæ annos tribuunt 782. post genitum Lamechum, tribuisse illi annos 187. ante eum genitum, quia alioqui Mathusala non vixisset annos 969. (qui tamen est constantissi-

mus annorum vitæ ipsius numerus) sed duntaxat 949. quod absurdum est, sic enim Mathusala non fuisset Patriarcharum omnium μακροβιώτατος, quin Noe & Jared eum annorum numero, etiam secundum LXX. Interp. superarent. Fallitur ergo Eusebius (& post eum Syncellus) quum rejiciens lectionem illam, quæ tribuit Mathusalæ annos 782. post genitum Lamechum, dicit sic futurum esse, ut numerus annorum vitæ Mathusalæ sit duntaxat 949. Minimè verò, inquam, id sequitur, quia proculdubio exemplaria illa tribuebant ante genitum Lamech annos 187. non verò 167. Ex his itaque paucis exemplaribus debuerant Eusebius & Syncellus deprehendere vitium reliquorum codicum, qui annos duntaxat 167. tribuunt Mathusalæ, potius quàm ut ea exemplaria vitii & erroris redarguerent. Certum est, etiam illa exemplaria tria Græca cum uno Latino & uno Syro, in quibus (uti novimus) Augustinus dicit inveniri Mathusalam obiisse annis sex ante Diluuium. Certum, inquam, est ea tribuisse Mathusalæ annos 187. ante genitum Lamech, aliter enim verum non erit Mathusalam obiisse 6. annis ante Diluuium. At si illi dentur 167. anni, manifestum est ex tabula, obiisse eum annis sex ante Diluuium, obierit nempe anno mundi 2256. Diluuium autem contigerit anno mundi 2162. Denique editiones nonnullæ Græcæ hodiernæ Translationis LXX. Interp. totidem annos Mathusalæ tribuunt, quot Textus Hebræus illi tribuit, nempe 187. ante genitum Lamech, 782. verò post eum genitum. Sic enim habet (Geneseos v. 25.) editio Basileensis apud Hervagium anno Christi 1545. & illa quæ est Wecheli anno Christi 1597. quæ posterior editio nequidem hic annotat variam ullam lectionem, quasi omnes codices & editiones hic consentirent, cum tamen editio Bibliorum Regia Autuerpiensis Plantini sequatur antequam illam Eusebianam lectionem, in ea tamen mendum est, nam istic πέντε pro ἐπὶ α' scriptum est, quod vitium hæret & in Latina versione, quæ est illi ex aduerso facta ex Græco, unde liquet, non esse vitium Typographicum, sed errorem & hallucinationem illius, qui præerat illi editioni, qui non animadvertit vitium esse in voce illa πέντε pro ἐπὶ α'. Hæc menda sublata est in editione Parisiensi Græco-latina, τῶν LXX, facta anno Christi 1618.

Ex his omnibus planum est, falsam esse, & adulterinam illam, quam Eusebius, Hieronymus & Augustinus ajunt fuisse omnium fermè sui temporis codicum Græcorum lectionem, quæ Mathusalæ annos duntaxat 167. tribuit ante natum Lamechum. Veram contra & genuinam esse illam, quam secutus est Africanus, quàmque habuerunt pauca quædam exemplaria, quorum & Augustinus & Eusebius & Syncellus meminere, quæque confirmatur hodiernis quibusdam Græcæ Bibliorum τῶν LXX, Translationis editionibus. Quis enim putet LXX. Interp. tam imprudentes fuisse, ne stupidos dicam, ut sic rationes & calculum suum instituerint, ut ex eo inveniatur Mathusala aliquot annos vixisse post Diluuium, nec fuisse tamen in arca cum Noacho receptum: & Eusebius quidem hic, tanquam in pice mus hæret, & Syncellus quidlibet mavult τερατολογεῖν, quàm ut codicum suorum Græcorum vitium & errorem hic agnoscat, aut corrigere & emen-

AB ADAMO usque AD DILUVIUM.

emendare velit ex Africano. Atque hæc prima varia lectio, quæ in codicibus Græcis occurrit in hoc annorum epilogismo secundum Translationem LXX. Interpretum. Sed & alia videtur esse varia lectio in numero annorum, quos Lamech dicitur vixisse post genitum Noachum. Nam hodiernæ editiones Græcæ omnes Translationis LXX. Interp. etiam ipsa Romana seu Parisiensis, habent annos 565. Quæ lectio confirmatur ex Augustini lib. 15. de Civitate Dei cap. 20. ubi disertè ait, in Hebræo esse annos 30. plures quàm in Græco. Cum itaque in Hebræo dicatur vixisse annos 595. post natum Noë, sequitur in Græco esse 565. Liqueat idem ex summa annorum, quos secundum LXX. Lamech vixit in universum, vixit nempe annos 753. quod verum esse non potest, nisi post genitum Noachum annos vixerit 565. cum ante eum natum dicatur vixisse duntaxat annos 188. In Eusebii tamen Chronico Græco dicitur vixisse annos 535, hoc est, 535. post natum Noachum. Nec videtur esse Librarii vel calcographi lapsus pro 565, addit enim isthic Eusebius vixisse Lamechum ad annum usque Noë 535, hoc est, 535. quod verum esse non potest nisi & præcedens numerus sic 535. Aut verò dicendum est, in utroque numero lapsum esse Librarii aut Typographi, aut collectoris ipsius Scaligeri, & utrobique scriptum esse mendosè 535 pro 565, quod est vero magis consentaneum. Nam certum est Eusebium primò scripsisse 565. Hieronymus enim qui Eusebii Chronicon Latine vertit, habet DLXV. & omnino Lamech juxta calculum LXX. Interp. vixit ad annum usque Noë, 565. non verò 535. Nam mortuus est Lamech juxta LXX. Interp. anno mundi 2207. Noë verò juxta eosdem natus est anno mundi 1642. quibus si addas annos 565. exurgeret annus mundi 2207. quo obiit Lamech juxta LXX. Interp. Itaque vitiosa est omnino illa Græci Chronici Eusebiani apud Scaligerum lectio, quæ habet 535, legendumque utrobique 565, quomodo legit Hieronymus, consentientibus etiam hodiernis Græcis S. Bibliorum editionibus omnibus, idque postulante & flagitante rei rei ipsius veritate. Hoc mendo sublato dicendum est Lamechum natum esse (secundum Eusebium, Hieronymum & Augustinum, qui volunt eum genitum anno 167. vitæ Mathusalæ) anno mundi 1454. mortuum verò anno 2207. vixit nempe annos 753. in universum juxta LXX. Interp.

Observandum est denique, & in numero annorum Lamechi plurimum distare LXX. Interp. ab Hebr. Textu. Nam ubi Textus Hebr. habet annos 182. ante natum Noachum, Græcus habet 188. Ubi Hebræus habet 595. post natum Noam, Græcus habet duntaxat 565. Denique ubi Hebræus habet 777. Græcus habet 753. Et quidem constantissimè, sic enim habent hodierni codices Græci omnes, sic & Africanus apud Eusebium, sic & Eusebius in Græco Chronico, sic & Hieronymus in Latino quod ex Græco convertit. Suspiciatur tamen (& quidem jure merito) Augustinus vitium esse in illis numeris, & quidem antiquissimum, ab eo nempe qui primus Græca Biblia transcripsit ex Ptolomæi Bibliotheca. Sic ille lib. 15. de Civitate Dei cap. 13. *Credibilis quis dixerit, cum primum de Bibliotheca Ptolomæi describit ista ceperunt,*

*tunc aliquid tale fieri potuisse in codice uno, scilicet primitus inde descripto, unde jam latius emanavit, ubi potuit etiam accidere scriptoris, hoc est, Librarii error: & hoc in illa questione de vita Mathusalem non absurdum est suspicari, & in illo alio, ubi superantibus 24. annis summa non convenit.* Nam his postremis verbis Augustinus intelligit annos Lamechi, qui juxta Hebræum superant annis 24. numerum annorum qui habetur in Translatione LXX. Interp. Nam juxta Hebræum vixit in universum 777. annos: secundum verò LXX. vixit duntaxat annos 753. Idem August. ibidem paulò post: *Itaque illa diversitas numerorum aliter se habentium in codicibus Græcis & Latinis, aliter Hebræis, &c. scriptoris tribuatur errori, qui de Bibliotheca supradicti Regis codicem describendum primus accepit.* Sed & hinc confirmatur illa Augustini suspicio, nempe à LXX. Interp. scriptum primo fuisse Lamechum natum annos 182. (non verò 188.) genuisse Noachum, quomodo est in Hebræo, quia sic fiet ut Mathusala secundum calculum τῶν LXX. non minus quàm juxta Textum Hebræum, obierit anno ipso diluvii. Si enim Lamech anno ætatis suæ 182. genuit Noachum, Noë ipse natus fuerit A. M. 1656. Diluvium autem contigerit anno mundi 2256. quo anno secundum epilogismum LXX. Interp. invenitur obiisse Mathusalam, uti planum est ex Tabula. Est autem omnino verisimile, calculum à LXX. Interp. (vel ab eo qui primus describendo ex eorum autographo mutationem in numeris induxit certo consilio) ita fuisse institutum, ut ex eo planum sit Mathusalam Patriarcharum omnium μακροβιωτάων, anno ipso Diluvii, hoc est, paucis diebus ante Diluvium obiisse, quomodo manifestum est ex Hebræorum epilogismo id revera sic contigisse. In hoc itaque fuerit discrimen τῶν LXX. ab Hebræo Textu, quod non eodem æræ mundi anno Diluvium secundum utrosque contigit. Nam secundum Hebræos contigit anno mundi 1656. At juxta LXX. Interp. contigerit anno mundi 2256. verum in hoc inter utrosque consensus fuerit, quod eo anno mundi, quo utriusque statuunt contigisse Diluvium, eodem statuunt Mathusalam obiisse. Quin & hoc verisimile est, non fuisse inter utrosque aliud discrimen, præterquam in illis 600. annis, quos certo consilio (uti dictum est) addiderunt supra Hebræorum epilogismum, Itaque suspicor eodem Librarii errore mendum irrepsisse in 565. annis illis, quibus Lamech supervixisse dicitur post natum Noachum, ut ab eo scriptum sit 565 pro 595, h. e. 565. pro 595. Unde ex consequenti natus error in summa annorum, quibus Lamech vixit 753. quæ distat ab illa quæ in Hebræo est 777. annis (ut notavit Augustinus) 24. Nempe ex 188. annis qui præcesserunt natiuitatem Noë, & 565. quibus vixit post natum Noam, oritur summa annorum 753. Hac ratione juxta LXX. natus fuerit eo anno, quo secundum Hebræos contigit Diluvium, nempe anno mundi 1656: Diluvium autem juxta LXX. annis 600. ferius contigerit quàm ex Hebræo constat contigisse, idque propter 600. annos quos sex prioribus Patriarchis certo consilio, certaque de causa, quam explicuimus, addiderunt supra Hebræorum epilogismum. Quicquid est inter eos, & Hebræum Textum (præter sexcentos illos

annos) in numeris annorum discriminis, id omnino videtur non esse ab ipsis LXX. Interp. sed à Libratorum lapsu & errore, uti vult Augustinus, quicquid contra clamer Georgius Syncellus.

Ad epilogismum autem Samaritarum quod attinet, observandum est primò, nihil eorum calculum distare ab Hebræorum calculo in quinque prioribus Patriarchis, & in Enocho, sed duntaxat in Jared, Mathufala, & Lamecho. Nam quod Eusebius in Chronico Græco scribit. Enochum anno ætatis suæ 60. genuisse Mathufalam, error est vel Typographi aut Librarii, qui ξ pro ζε scripsit, non error ipsius Eusebii, qui procul dubio scripserat ζε. Quod hinc manifestum est, quia immediate subjicit μελετέβη εν έτει επ τῆ Noë, hoc est, *Translatum est anno 180. Noachi;* Quod stare non potest nisi Enoch anno ætatis suæ 65. genuerit Mathufalam, proindeque annos vixerit non 360. sed 365. Quod & hinc confirmatur. Georgius Syncellus (qui securus est Eusebium) citante Scaligero, ait, *Samaritarum calculum breviorē esse Hebræorum calculo annis 349;* quod stare etiam non potest nisi Enoch ætatis suæ 65. genuerit Mathufalam, uti planum est ex Tabula. Denique Chronographium Samaritarum, quod Scaliger in lib. de Emendatione temporum produxit, toridem Enocho assignat annos, nempe 65.

Observandum est secundò, quòd et si Samaritarum calculus ab Hebræo in æra Diluvii, & annis postremorum trium Patriarcharum plurimum distet, tamen in hoc cum Hebræo conveniat, quòd etiam secundum Samaritas Mathufala obiit eo anno, quò secundum illos contigit Diluvium, nempe anno mundi 1307. Quo etiam anno secundum eosdem obiit & Lamech Noachi pater, & Jared ejus proavus. Quod & Eusebius ibidem notavit. Nam de uno quoque trium illorum Patriarcharum dicit, επέζησεν έως vel μέχρις ώτων τῆ κατακλυσμῆ. Unde rursus confirmatur hic Samaritarum epilogismus, qualis in Tabula hac nostra exhibetur, quem diu post constructam tabulam deprehendimus accuratè convenire cum iis, quæ de Samaritarum epilogismo nuper notavit Joan. Morinus (præfatione quam præfixit editioni Parisiensi Translationis Græco-Latinæ LXX. Interp. factæ anno Christi 1618. ex codice manuscripto Pentateuchi Mosaici Samaritanorum. Idem Samaritarum epilogismus confirmatur ex literis viri doctissimi Domini Golii, ad me scriptis 9. Mart. 1630. In quibus notat eandem à Textu Hebraico Samaritani codicis discrepantiam seu variationem, quæ hic in Tabula nostra annotata est. Notandum autem est apud Eusebium in Chronico Græco, esse vel Eusebii errorem vel Typographi aut Librarii lapsus, in eo quòd Cain dicitur vixisse ad Noachi usque annum φα, Mahaleel autem ad annum usque ejusdem Noë φπε: nam pro φα scribendum est φκη, hoc est, 528. & pro φπε, scribendum est, φπγ, hoc est 583. Alioqui ipse Eusebius sibi non constabit illis numerorum notationibus. In reliquis Patriarchis notatio quam habet (quo scilicet Noachi anno singuli eorum obierint) est consentanea, & cum toto isto Samaritarum calculo, qui est in Tabula hac nostra, quadrat. Observandum est terciò discrimen, quòd est inter istum Samaritarum, & illum, qui est Hebræorum calculum. Hoc

discrimen manifestum est ex Tabula, tum in annis quibus tres illi Patriarchæ Jared, Mathufala, & Lamech dicuntur cœpisse gignere, tum in annis quos dicuntur vixisse postquam genuerunt: in utroque enim non parum discesserunt Samaritæ ab Hebræo. Unde ex consequenti ortum est discrimen, quòd inter illos & Hebræo intercedit in æra tum nativitatibus, tum mortibus illorum Patriarcharum, tum etiam in æra Diluvii, quàm breviorē faciunt illà quæ est Hebræorum annis 349. uti rectè & congruenter notavit Georgius Syncellus supra laudatus. Atque hinc fit manifestum, immeritò à Scaligero (in notis ad Euseb. pag. 243.) reprehendi Syncellum illum, eo quòd dixerit calculum Samaritanorum ab Hebræo in æra Diluvii differre annis τμβ, hoc est, 349. ab epilogismo autem τωv LXX. annis πλ, hoc est, 930. In his Scaliger ait, Syncellum hallucinari, eo quòd computet annos ab Adam usque ad diluvium; mendosè, cum anni isti sint ad natum Noë, non ad Diluvium usque deducti. Verùm gravissimè hinc hallucinatus est ipse Scaliger, quum ait ex Samaritanorum dinumeratione ab Adam ad natum Noë colligi annos 1327. Ad Diluvium autem annos 1947. Nam ex Tabula hac nostra, quam juxta Eusebianam Samaritarum dinumerationem construximus, luce clarius est, à rerum exordio ad natum Noë annos esse duntaxat 707. ad Diluvium autem 1307. Diluvium nempe anno 600. vitæ Noachi contigit, annos itaque qui deducendi erant ad Diluvium usque, Scaliger ad natum Noë computavit: quæ est ea ipsa hallucinatio, quam immeritò Georgio Syncello tribuit. Quòd autem Scaliger numerat annos 1327. non verò 1307. inde est, quòd calculo Eusebiano putat addendos esse annos 20. ex Samaritarum Chronographio, quòd ipse protulit in libro de emendatione temporum. Nam ubi Eusebius ait, Mahalaleel natum fuisse annos ζε, hoc est, 65. quum gigneret Jared, Scaliger emendandum censet οε, hoc est, 75. ex suo Chronographio; Item ubi Eusebius ait Mathufalam natum fuisse annos ζζ, hoc est, 67. quum gigneret Lamech, Scaliger emendat οζ hoc est, 77. ex eodem Chronographio. De qua Scaligerana emendatione mox dicetur. Quòd verò ait idem Scaliger, ex Samaritanorum dinumeratione colligi ad Diluvium annos 1947. non sibi constare, & fallitur annis 20. Nam si, uti falsò putat, Samaritæ ab Adam ad natum Noë computant annos 1327. sanè ad Diluvium usque non numerabunt nisi annos 1927. siquidem Diluvium contigit anno vitæ Noæ 600. Sed putavit fortè Scaliger rursus hinc esse addendos 20. illos annos, quos ex emendatione sua jam antea addiderat calculo Eusebiano, quæ mera est hallucinatio. Benè ergo & congruenter Syncellus notavit excessum seu discrimen æræ Diluvii, quòd est inter Hebræos, LXX. Interp. & Samaritas. In hoc duntaxat falsus est, quòd ait Samaritarum calculum distare ab illo qui est juxta LXX. annis duntaxat πλ, hoc est, 930. cum revera distet annis 935. uti liquet ex Tabula. Rectè autem dixit, calculum Hebræorum superari ab illo, qui est secundum LXX. annis φπς, hoc est, 586. quia ex illorum Græcorum Codicum mente (quos Syncellus secutus est) qui Mathufalæ dant annos 167. quum genuit Lamech, æra Diluvii incidit in annum mundi

AB ADAMO usque AD DILUVIUM.

2242. à quibus si subducas 1656. quæ est æra Diluvii secundum Hebræos, restant 586. anni.

Scaliger in opere de Emendatione temporum profert Chronographium quoddam Samaritarum, in cuius fine attextitur epilogismus annorum Patriarcharum illorum, qui ante & post Diluvium ad Abrahamum & Mosem usque vixerunt. In hoc epilogismo Mahalaleeli tribuuntur non 65. anni (quot illi tribuit Eusebius ante genitum Jared) sed 75. similiter Lamecho tribuuntur non 67. sed 77. anni. Atque hinc Scaliger vult corrigi & emendari Eusebium, sicque annis 20. longiorem facit æram Diluvii, quàm eam facit Eusebius, & post eum Syncellus. Sed sine necessitate Scaliger urget emendationem illam, qua conturbatur totus ille Eusebianus Samaritarum calculus. Nec tantæ est auctoritatis Chronographium illud Samariticum Scaligeri, ut præferri debeat Eusebiano; (quod confirmari diximus codice M. S. Pentateuchi Samaritici Joan. Morini) maxime cum ipse Scaliger, in notis suis ad Chronographium illud, agnoscat nonnulla esse in epilogismo, qui illi subijcitur, absurdissima. Præstat itaque Samariticum Scaligeri epilogismum ex Eusebiano corrigere, quàm Eusebianum ex Scaligerano. Nam si admittitur illa Scaligeri emendatio, sequetur Jared & Mathusalam obiisse anno mundi 1317. Lamechum autem A. M. 1327. eodémque anno contigisse Diluvium. Ita Mathusala obierit annis 10. ante Diluvium, quod non videtur convenire, neque id congruit cum Hebræorum, neque cum genuino τὸν LXX. epilogismo, quorum uterque statuit mortem Mathusalæ in anno ipso Diluvii, uti ex suprâ distis videre est. Nec verisimile est voluisse Samaritas ita calculum suum instituere, ut alio quam Diluvii anno obierit Mathusala. Falsum etiam erit quod annotat Eusebius in Chronico Græco, tres istos Patriarchas Jared, Mathusalam & Lamechum vixisse ad ipsum usque Diluvium.

Porro cur Samaritæ tam longè ab Hebræo in trium illorum Patriarcharum annis assignandis discesserint, cur longius adhuc multo ab epilogismo τὸν LXX. recedant, causam nec video, nec suspicari aut conijcere possum, imò neque facillè mihi persuaserim eos ab Hebræo hac in parte discedere voluisse, cum in reliquis Patriarchis exactè cum eo conveniant. Et sanè si Hieronymus audiatur, omnino non discesserunt. Nam in quæstionibus seu traditionibus in Genes. ubi famosam quæstionem solvit, qui potuerit Mathusala juxta calculum τὸν LXX. vixisse annos 14. post Diluvium, restatur tam in Hebræis quàm in Samaritanorum libris scriptum inveniri, vixisse Mathusalam 187. ante genitum Lamechum, Lamechum autem vixisse 132. annos ante natum Noë. Hoc si verum est, (quod ille disertissimè testatur) an verisimile est eos ab Hebræo in solo Jared voluisse discedere, ut illi sine causa centum annos detraherent? Quis non potius suspicetur Librarii lapsu pro 162. annis, qui Jaredo tribuendi sunt, scriptum fuisse 62. quot illi tribuit Eusebius? Omnino itaque vero consentaneum esse videtur, Samaritanos ab Hebræorum epilogismo non recessisse. Interim tamen calculus eorum, qui ab Eusebio in Græco Chronico referuntur, confirmatur (uti diximus) codice manuscripto Pentateuchi Samaritani, uti annotat Joan. Morinus

præfatione in Biblia Græca translationis LXX. Interpretum Parisiis edita 1618. Itaque hic dubius hæreo.

TABULA SECUNDA,  
Complectens Patriarchas post Diluvium usque ad Abrahamum, juxta  
Textum Hebræum, Gen. 11. 10.

|            | Genuit natus annos | Vixit postquam genuit. | Vixit in universum. | Anno Mundi |             |
|------------|--------------------|------------------------|---------------------|------------|-------------|
|            |                    |                        |                     | Natus est  | Mortuus est |
| 1 Sem      | 100                | 500                    | 600                 | 1558       | 2158        |
| 2 Arphaxad | 35                 | 403                    | 438                 | 1658       | 2096        |
| 3 Selah    | 30                 | 403                    | 433                 | 1697       | 2129        |
| 4 Heber    | 34                 | 430                    | 464                 | 1723       | 2187        |
| 5 Phaleg   | 30                 | 209                    | 239                 | 1757       | 1996        |
| 6 Rehu     | 32                 | 207                    | 239                 | 1787       | 2026        |
| 7 Serug    | 30                 | 200                    | 230                 | 1819       | 2049        |
| 8 Nachor   | 29                 | 119                    | 148                 | 1849       | 1997        |
| 9 Thare    | 130                | 75                     | 205                 | 1878       | 2083        |
| 10 Abraham |                    |                        |                     | 2008       |             |

NOTÆ IN PRÆCEDENTEM  
TABULAM SECUNDAM.

**O**mnia fermè in hac Tabula plana sunt, obvia & expedita. Nam quot annos natus unusquisque horum Patriarcharum genuerit filium, hoc est, natus illi sit filius, quotque annos post natum filium vixerit, (si unum excipias Tharam, de quo mox dicturi sumus) manifestum est ex Genes. cap. 11. ubi ista exerte notantur. Jam si anno, quo cuique natus est filius, addas annos quos vixit post natum filium, exsurget annorum quos in universum unusquisque vixit, numerus, prout in hac Tabula est notatus.

Deinde eodem Genes. cap. 11: 9. Sem natus centum annos dicitur genuisse Arphaxadam שנתים biennio, seu potius anno secundo (nimirum inchoante) post Diluvium, scilicet absolutum. Cum itaque ex prima & secunda Tabula nostra constet Diluvium absolutum esse initio anni mundi 1657. nimirum 27. die mensis secundi anni illius, planum est inde Arphaxadam natum esse anno mundi 1658. circa ejus initium vel medium. Nempe videntur omnino tum Noë, tum ejus liberi, pii saltem (qualis fuit Sem) ab usu conjugii abstinuisse dum fuerunt in Arca conclusi, mox verò postquam ex Arca sunt egressi, cœpisse dare operam liberis procreandis. Sanè judæi (undeconque illud acceperint) in ea sunt sententia: ajunt enim ex omnibus brutis animantibus solam Canem, ex hominibus solum Chamum explendæ libidinis causâ, venerem in Arca exercuisse. Cum ergò Noë, ejusque liberi, ex Arca egressi sint sub finem mensis secundi anni mundi 1657. si paulo post Sem liberis procreandis operam dedit, Arphaxad potuit illi nasci initio anni 1658.

Cum

Cumque tum natus esset annos centum, nimirum completos, sequitur natum esse anno mundi 1558. Jam autem ex Tabula prima, & notis nostris in secundam, liquet Noam natum esse anno mundi 1056. completo, ac proinde quando Genes. 5:31. Noe dicitur genuisse Sem, Cham & Japhet, natus annos quingentos, videri posset inde Sem (qui primus inter Noe liberos illic nominatur) natus anno mundi 1556. completo, vel 1557 inchoato, non verò uti statuimus anno 1558. Sed observandum hic est id quod ab aliis jam rectè occupatum & observatum est, nempe Noam cœpisse quidem gignere anno ætatis suæ quingentesimo, at non tamen eo anno genuisse Semum, sed Japhetum, qui fuit filiorum Noe primogenitus, quique propterea dicitur Genes. 10. 21. הגרול *magnus*, hoc est, natu maximus, unde etiam est, quod ejus genealogia eo capite primo loco recensetur. Cham autem filiorum Noe natu minimus, unde etiam vocatur חקטון Gen. 9. 24. Quare ordo filiorum Noe, habita ratione nativitatis ipsorum, hic est, Japhet, Sem & Cham; ut Sem medius sit inter Japhetum qui הגרול & Chamum qui חקטון dicitur. Natus ergo Japhet anno mundi 1556. completo, Sem verò initio anni mundi 1558. Quod autem Semi genealogia recensetur ultimo loco tam Genes. 10. 20. quàm cap. 11. 10. hoc ideo fit, quia ex Sem oriundus fuit Abraham, cujus historiam Moses persequitur, non aliorum.

Hoc posito, Semum esse natum anno mundi 1558 inchoante, planum est quo mundi anno reliqui Patriarchæ tum nati, tum mortui sint, uti est in Tabula notatum. De uno Thara lis est, quem statuimus anno ætatis suæ 130. genuisse Abrahamum, quod videtur esse adversus Scripturam, quæ Gen. 11. 26. dicit Tharam natum annos 70. genuisse Abraham, Nachor & Haran. Sed ab aliis jam observatum est, Tharam quidem cœpisse anno ætatis suæ 70. gignere liberos, at non tamen eo anno genitum ab eo esse Abrahamum, sed vel Nachorem, vel Haranem, quomodo supra observavimus Noam cœpisse gignere anno ætatis quingentesimo, sed Japhetum, non verò Semum, uti prima fronte videri posset ex Gen. 5. 32. Abrahamum autem non septuagesimo, sed centesimo tricesimo ætatis Tharæ anno natum esse, sic, post alios demonstrari posse putamus. Thara vixit annos 205. mortuusque est in Charan, Gen. 11. 20. Abraham natus tum fuit annos 75. Gen. 12. 4. Mortuo patre, Dei jussu egressus est ex Charan, venitque in terram Chanaan Act. Apost. c. 7. Subducantur anni 75. ex 205. liquet Abrahamum natum esse anno ætatis Tharæ 130. Confirmatur hoc ex Gal. 3. 17. ubi promissio Abrahamæ facta dicitur antecessisse legem annis 430. & ex Genes. 14. 13. ubi Deus prædicit Abrahamo prolem ipsius futuram peregrinam & servitutam genti alteri annos 400. Hi 400. anni inchoandi sunt à nativitate Isaaci (qui statim atque natus cœpit esse peregrinus in terra non sua, et si enim terra Chanaan promissa fuisset patri ejus Abrahamo, attamen tradita illi non fuerat, imò verò ne latum quidem pedis vestigium in ea habuit) terminandi autem in egressu Israëlitarum ex Ægypto. Promissio ergo Abrahamæ primò facta antecessit, secundum Apostolum, Isaaci nativitatem

annis 30. Et facta fuit Abrahamæ in Ur Chaldæorum, antequam veniret in Charan, Act. 7. vers. 2, 3, 4. Abraham natus fuit annos centum, cum natus est illi Isaac, natus ergo fuit annos 70. cum facta est illi promissio, & jussus est exire ex Ur Chaldæorum. Cum autem egressus est ex Charan patre mortuo, natus erat annos 75. Gen. 12. 4. Ergò quinquennio ante excesserat Ure. Unde verisimiliter colligitur Abrahamum accepta Dei promissione, ejusque mandato de relinquenda patria, indicasse illud patri, qui ut Dei vocationem sequeretur, relicto (uti videtur) in Chaldæa Nachor, & assumpto secum Abrahamo filio, & nepote Lortho, unà cum ipsis venit in Charan, animo petendi terram Chanaan, uti dicitur Genes. 11. 31. Sed fortè morbo isthic derentus Thare, aut alia quapiam de causa quinquennium isthic hæsit, atque una cum eo Abraham & Lorth, quorum ille partem, hic avum senectute jam confectum, & adversa fortè tum valetudine laborantem noluit deserere, sed tantisper cum eo subsisterunt in Charane, donec vel convalesceret, vel vitâ excederet. Quare mox post patris obitum Charane excessit, venitque in terram Chanaan, juxta mandatum quod in Chaldæa à Deo acceperat, quodque exequi jam cœperat, cum Ure profectus unà cum patre Thara venit Charanem.

Qui in alia sunt sententia, & Abrahamum natum volunt anno ætatis Tharæ 70. mirum in modum conturbare coguntur hanc promissionis & vocationis Abrahamæ historiam, pluresque Abrahamæ ex Ur & Charan in Chanaan profectioes, ejusdemque in Charan vel Ur reditum valde *ἀδύνατος* confingere: neque conciliare valent loca Scripturæ modò allata, de Abrahamæ vocatione, promissione illi facta, profectioe à patria, & prolis per annos 400. peregrinatione & servitute in terra non sua, quæ omnia amicè conspirant, si statuas Abrahamum natum esse anno ætatis Tharæ 130. non verò 70. Adde quod Samariticus codex vitæ Tharæ annos dat duntaxat 145. Cujus hæc causa est, quod secundum Scripturam Gen. 12. 4. æstimavit, & quidem rectè, Abrahamum natum fuisse annos 75. cum Thare obiit Charane, putavit autem, sed falsò, deceptus loco Genes. 11. 26. natum fuisse anno vitæ patris 70. Quod si Abraham natus fuit annos tantum 75. cum obiit Thare, uti Scriptura exerte dicit loco modò citato Genes. 12. 4. natus proculdubio anno vitæ patris 130. quandoquidem Thare in univèrsum vixit annos 205.

Deinde si Abraham natus est anno patris sui Tharæ 70. natus fuit annos 135. cum obiit Thare, Isaac autem natus est Abrahamo cum esset annorum centum. Fitne verisimile patrem Tharam, qui ad mandatum Dei filio Abrahamæ factum de relinquenda patria, ut illi obsequeretur, unà cum filio venerat Charanem animo veniendi in terram Chanaan, voluisse hæerere in Charan annos 65. neque commotum fuisse insigni Dei erga filium Abrahamum benedictione, qui Isaacum miraculo illustri ei in effœta tum Abrahamæ, tum Saræ ætate dederat? Denique, qui verum erit quod ait Stephanus Actorum 7. (post Scripturæ dictum Genes. 12. 2, 3, 4.) Abrahamum venisse in Chanaanem post patris obitum, si Thare vixit annos 65. postquam Abraham Charane

rane profectus venit in Chanaan. Ex his evincitur, ut puto, firmissimè, Abrahamum natum esse anno vitæ patris 130. non verò 70. Thare ergo cœpit quidem (uti dicitur Genes. 11. 26.) gignere anno ætatis 70. sed vel Nachorum, vel Haranem, non verò Abrahamum. Quod autem Abraham primo loco istic ponitur, id fit ob Abrahami dignitatem, à quo populus Dei erat oriundus, cujus historia deinde narratur, quomodo Genes. vers. 32. Sem primo loco ponitur, etiam si (uti modò ostensum est) non fuerit Noë primogenitus, sed Japheth. Hoc posito Abrahamum natum esse anno ætatis Tharæ 130. sequitur Tharam post natum Abrahamum vixisse annos duntaxat 75. uti notamus in Tabula juxta Scripturam, Genes. 12. 4. Porro, cum Abraham natus sit anno mundi 2008. exeunte, vel 2009. liquet eum esse natum in fine quadragesimi primi Jubilæi à mundi creatione, Isaacum verò, qui annis centum post natus est, natum esse anno primo quadragesimi quarti Jubilæi, sive anno primo tricentesimæ secundæ hebdomadis.

Porro ex hac Tabula videre est primò in tribus Patriarchis, qui Semum sequuntur, Arphaxado nimirum, Sela & Hebero, vitam hominum post Diluvium contractam fuisse ad dimidium vitæ præcedentium Patriarcharum. Omnes enim qui ante Diluvium vixere Patriarchæ (tribus exceptis) superârunt annum vitæ nongentesimum, at isti tres dimidium tantum (ac ne vix quidem dimidium) vitæ illorum vixerunt. Secundò, vitam in sequentibus, nimirum Phaleg, &c. fuisse rursus contractam ad dimidium vitæ trium præcedentium, idque uti videtur ob insignem hominum in extructione turris Babel (quæ tempore Phaleg facta est) audaciam atque in Deum rebellionem. Omnium autem *maximos* inter eos fuit pius Sem, (ob patris Noë benedictionem) qui reliquis omnibus supervixit, adeoque ad annos 501. vel 502. post Diluvium vitam produxit, annisque duntaxat 25. ante Abrahami mortem, annis autem tantum 11. ante natum Jacobum obiit, (uti ex Tabula 8. liquebit) ita ut unà cum Abrahamo, Isaac & Hebero esse & vivere in iisdem territoriis potuerit. Denique non modò Sem, sed & Arphaxad, Sela & Heber, reliquis omnibus (excepto Abrahamo supervivere, imò & Heber triennium ipsi Abrahamo supervixit; Abraham enim mortuus est anno mundi 2184. Heber autem 2187. Noë autem ante omnes istos suos posteros obiit, (excepto Phaleg) mortuus est enim anno mundi 2006. biennio ante Abrahamæ nativitate: Phaleg autem decennio prius, anno mundi 1996.

Postremò toto temporis intervallo in hac Tabula comprehenso, à Diluvio ad Abrahami nativitate, ejusque à Deo è patria Chaldæa evocationem Historia Sacra nihil insigne narrat, præter turris Babilonicæ extructionem, eamque inscuram, à Deo immissam, linguarum confusionem, terræ inter Noë filios divisionem, hominumque per universum terrarum orbem dispersionem, ac Monarchiæ Babilonicæ à Nimrodo in turris illius exædificatione constitutionem, sed sine tamen præcisa temporis, atque definita notatione quando illa extructio facta fuerit, & linguarum confusio contigerit, nisi quod dicitur accidisse illud in diebus

Phaleg. Sed an in ejus nativitate, an verò in morte, an denique in medio vitæ ejus intervallo factum id fuerit, Scriptura non indicat. Hinc variæ sunt ea de re scriptorum sententiæ. Judæi in Phalegi morte eam constitunt, ejusque patrem Heberum volunt prophetasse, cum nomen illi à divisione indidit: alii in nativitate ejus eam collocant, nomenque Phalego ex eventu, non ex prophetia inditum esse contendunt. Si in nativitate Phalegi id contigit, facta est illa divisio anno centesimo, vel centesimo primo post finitum Diluvium, quod temporis intervallum videtur æquo brevius, quàm ut homines eo temporis spatio eousque excreverint ut tantum opus aggredi & moliri potuerint. Si in ejus mortem cum Judæis rejiciatur illa divisio, incidet in annum mundi 1996. quo mortuus est Phaleg. Abraham autem venit in Chananæam anno mundi 2084. ac proinde 88. annis post illam divisionem. Jam autem cum Abraham venit in Chananæam, eam occupavit toram ferè à Chananæis, Amorrhæis, &c. occupatam, ac frequentissimis oppidis auctam & ornatam, quin & Ægypti regnum jam tum conditum fuit; mox enim post adventum suum in terram Chanaan Abraham fame pressus descendit in Ægyptum, Genes. 12. 10. Illud autem 88. annorum spatium brevius videtur, quàm ut per id tempus tota Chananæa & Ægyptus, incolis Chanaanis, Chami filii, posteris fuerit jam plena, multisque oppidis ornata, adeoque & bello Amraphel atque lociorum vexata, Genes. 14. Itaque convenientius forte videtur, ut statuamus confusionem linguarum & terræ divisionem circa medium vitæ Phalegi tempus, hoc est, circa annum mundi 1860. Sic enim fiet ut à Diluvio ad illam divisionem anni sint circiter 200. Inde verò ad Abrahami in terram Chananæ & Ægyptum ingressum anni 216. Nihil tamen affirmo, quia conjecturis tantum locus hic est. Videatur hic Joh. Buxtorfi Junioris dissertatio de linguarum in turri Babilonica confusione, sub finem, ubi probat, Phalegum non videri Heberi primogenitum, neque eum natum patris anno 34. nec turrim conditam esse anno mundi 101. sed multò post.

Porro turri illi ob linguarum in ea factam confusionem, uti Scriptura notat Genes. 11. inditum est nomen בָּבֶל *Babel*, quasi diceretur בָּא בָּל *venit confusio* (quomodo Genes. 30. 11. בְּנֵי בָנֵי *dicitur pro בָּנֵי בָנֵי venit turma*) vel בָּבֶל est pro בָּל בָּל *confusio*, extrito altero ל, quomodo dicitur אֲבִרְהָם *pro אֲבִרְהָם pater magnæ multitudinis*, extrito altero ב) A qua voce בָּלֶל fortè ortæ sunt Latinis, *Balbus*, & *balbutire*, quæ de eo usurpantur, qui ita confusè loquitur, ut vix intelligi possit. Terram שְׁנַעַר, in qua turris illa extructa fuit, esse Babiloniam, clarius est & manifestius ex Scriptura, quàm ut multis testimoniis id comprobare necesse sit, unde Σιγγαρη urbs ad Tigrim apud Ptol. Tab. 4. Asiæ, & Σιγγαρη mons in Mesopotamia, apud eundem, ibidem. De turri illius extructione, & linguarum istic confusione, hominumque inde per universam terram dispersione, manifesta adducuntur ab Eusebio in Chronici sui Græci fragmentis, ex Abydeno, & Histiaeo Milesio, antiquis exoticis

Scriptoribus, testimonia, quæ veritati sacræ Historiæ hac in parte suffragantur.

Narrat Eusebius in eodem Chronico Græco, Noam filiis suis universam terram divisisse, & Semo Asiam, Japhero Europam, Chamo Africam habitandam & possidendam tradidisse. Fieri id quidem ab eo potuit, nam videtur vixisse annos circiter 150. post factam linguarum confusionem, vixit enim ad annum mundi 2006. linguarum autem confusio contigit, uti videtur, circa annum mundi 856. anno nimirum post Diluvium ducentesimo. Attamen præter Scripturam id asseritur, quæ illud non commemorat, nulla autem alia scripta sunt Mosais antiquiora, unde illud certo habere possumus. Sed neque etiam verisimile videtur factam esse à Noa divisionem illam. Nam primò quemadmodum eum de turris exstructione non confulerunt, quin potiùs eo dissuadente ac repugnante opus illud aggressi sunt, quandoquidem notatur ut audaciæ temeritatis, superbiæ, atque in Dei consilium rebellionis argumentum, quo Dei ira in homines est provocata; sic neque videntur eum de sedibus deligendis interrogare aut consulere voluisse, aut verò etiam potuisse, nisi fingamus Noam omnes linguas à Deo tum immixtas calluisse, ut singulos populos, aut familias proprias, quæ utebantur, linguâ alloqueretur, & quid fieri ab illis vellet significaret. Deinde, qui potuit Noe tres illas mundi partes, Asiam, Europam & Africam, tum temporis hominibus ignotas, indicare, aut quibus signis alteram ab altera distinguere, singulisque familiis, per singulas linguas distinctis, proprias quas vellet ab iis inhabitari sedes assignare, nisi fingamus eum singulos populos manu in terras ipsas, quas colere ab illis volebat, duxisse tanquam in rem præsentem. Omnino ergò convenientius videtur, eos linguarum confusione attonitos, & quasi fulmine quodam cœlitus immisso percussos atque percussos, coadunatos simul esse, & in unum convenisse quotquot eadem lingua utebantur, ab aliis verò, qui qualibet alia utebantur lingua, segregatos atque sejunctos, mox tacito atque occulto divinæ providentiæ motu atque instinctu impulsos esse, ut hi horsum, alii illorsum, alii denique aliorum moverentur atque progredierentur, prout Deus apud se decreverat, ut hi has, illi illas terras insiderent atque incolerent, juxta illud Pauli Act. 17. 26. οὐσίας προτεταγμένους καιρῶς, καὶ τὰς ὁροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν.

Cæterum in posterorum Noæ nominibus, quæ hic in Scriptura commemorantur, non obscura apparent Gentium à se conditarum, & regionum, quas insederunt atque incolerunt vestigia, unde facile conjici possit Europam à Japhero ejusque filiis, à Semo Asiam, à Chamo & ejus liberis Africam fuisse maxima ex parte occupatam & infestam. Nam primò Japheth est Græcis & Latinis notissimus *Japetus*, omnium hominum sibi notorum, & de quibus vel fando aliquid inaudiverant, antiquissimus, unde vetus inter eos proverbium *Japeto vetustior*. Deinde, ex Japheth ortus est *Javan* (quod & *J* punctari & legi potest) à quo *Ion*, unde *Iones* dicti & orti, Græcorum populi nobilissimi & antiquissimi, eorumque dialectus *Ionica* amplissima, & vereres literæ *Ionica* dictæ, omnium primæ

& antiquissimæ, (quas Cadmus Phœnix illos docuit) à veteribus Hebræis deformatæ. Apud Daniele Prophetam מלכות *regnum Javan* est Monarchia Græcorum, quæ ab Alexandro Magno initium habuit. Ab eodem Javan, Latinorum Janus antiquissimus & notissimus dictus omnino videtur. A גומר *Gomer* alio Iaphethi filio dicti videntur *Cimerii*, qui & *Cimbri*, & Καμάρται apud Dionys. περιγητήν. Sunt & *Comari* & *Chomari* apud Ptolom. populi in Scythia, intra Imaum montem prope Bactrianam. A אשתי *Ashti* autem est *Thracæ* populi, & *Thracia* regio Græcis notissima. Forte & inde *Tros*, unde *Troes* & *Troja* decantatissima. A מושך (quod LXX. reddunt *μοσῶχ*) orti & dicti videntur *Moschi*, sive *Muscovita*, populi hodie in Europa notissimi. Sunt & *Moschici* montes in Armenia apud Ptolom. A מדי *Medi*, מדי *Medi* videntur dicti, & *Media* regio in Asia celeberrima, non enim tres illi Noæ liberi, tres mundi partes Asiam, Africam, & Europam sic sunt inter se partiti, ut omnia fuerint accuratè distincta, nihilque prorsus impermixtum, nam & mox videbitur. Chami posteros Asiæ etiam partem non minimam occupasse. Fortè & à תובל *Tubal* orti & dicti videntur *Thaceni* q. d. *Thaceni*, populi Scythici in Asia, *Thaceni* & *Telega* in Albania prope mare Caspium per literarum *Mechateum*. Denique Geographus Arabs meminit populorum *Iagog* & *Magog* in Tartaria, qui nomen habent à *Gog* & *Magog*, quorum frequens in Scriptura mentio, atque eorum posterior מוגג *Magog* recenseretur inter Japhethi filios.

Jam verò filii *Gomer* tres fuerunt. i. אשכנז *Askenaz*, à quo nomen habet *Ægeum* πόντος, sic primò dictus, qui postea mutato nomine dictus est καὶ ὁ φημισμὸν, *Ægeum* πόντος, *Pontus Euxinus*. 2. ריפת *Riphat* à quo *Riphæi* montes in suprema Europa notissimi dicti videntur. 3. תגרמה *Togarma* apud LXX. verò *Thargama*, per literarum *metathelism*, à quo *Turcomani* apud Ptolomæum. Inde etiam *Turcomani* in Armenia, quin & urbs *Turcoman* in Media. Inde etiam hodierni *Turca*.

Filii *Javan* fuerunt i. אֵלִישָׁה *Elisah*, unde *Æliæ* Græcia dicta, & *Æliæ* sive *Æliæ*, & *Æliæ* Græci ab Ionibus orti. Item *Æliæ*, & *Æliæ*, Græciæ partes notissimæ: Indidem dicti & orti *Æoliæ* *Aeoles*, & regio *Aeolia*, unde *Aeolica* dialectus. i. תרשיש *Tarsis*, תרשיש *Tarsis*, urbs Ciliciæ celeberrima & antiquissima, Pauli Apostoli patria nobilissima. Fortè & inde *Tartessus* urbs prope Gades, quæ potuit esse *Tarsensium* Colonia, qui cum celebres essent *Mercatores* totum percurrerent mare mediterraneum, atque eoque potuerunt excurrere. 3. צִיִּים *Cittim*, quo nomine veniunt apud Daniele & Prophetas *Macedones*. & regio *Macedonia*, itémque Italia; videnturque inde dicti *Macedones* quasi *μακεδοναί* præposita litera *Μ* *Mem*. Quin & nonnulli volunt *Cretenses* dictos esse antiquitus *Kyriæss*, quod nomen indidem videtur formatum. Et sanè unum ex *Cretæ* præcipuis oppidis olim *Cyraum* fuit dictum, hodie *Sittia* quasi *Cyria* vel *Ciria*,

*Citia*, Κίτιον. Et aliud item ejusdem insulæ oppidum *Cydon* (à quo *Cydonia* mala) quod & indidem videtur habere originem. Quin & quod *Candia* hodie vocatur illa insula indidem videtur esse. 4. דודנים *Dodanim*, à quo *Dodonæa* sylva Græcis decantatissima, & *Dodonæa* quercus fatidica. Idem dicitur etiam דודנים *Rodanim*, à quo *Rhodus* insula videtur dicta, quasi ῥόδον.

Semi filii fuere 1. עילם *Elam*, quo nomine in Scriptura designantur Persæ ab eo oriundi. Hinc *Elamita*, de quibus Act. 2. 9. Item ἐλυμαῖοι, & *Elymaus* regio in Asia, *Susianæ* contermina. 2. אשור *Assur*, à quo *Assyrii* & *Assyria* dicta: quin & *Syria* indidem videtur dicta per *Aphæresim* primæ syllabæ. 3. לוד *Lud*, à quo *Lydi* populi, & *Lydia* regio olim notissima in Asia minore. 4. ארם *Aram*, quo nomine in Scriptura veniunt *Syri* & *Syria*, qui, ut modò dictum, nomen videntur habere ab *Assyriis*, quòd ab his *Syri* existimarentur orti: vel *Syri*, σύροις fortè dicti sunt à צור *Tyro* civitate nobilissima. Nam & *Hebraicum* sæpe per σίγμα Græcum redditur. Ab *Aram* autem forte dicta videtur *Armenia*, additione τῶ Nun servilis & heemantici ad formationem nominis, ut ab ארם factum sit ארמן *Armenus* & *Armenia*. Inter *Assyriæ* urbes numeratur כלה *Gen. 11.* quæ videtur esse *Colchos*, unde *Colchi* populi, & *Colchis* regio, non quod in *Assyria* fuerit polita, sed quod ab *Assur* fuerint illi oriundi. Est & in *Mesopotamia* regio *Chalcitis*, & in *Syria* *Chalcis* urbs, & *Chaldice* regio. Item *Calacine* prope *Tigridis* fluvii fontes, non longè ab *Assyria*. Sed & in *India* est *Colchi* emporium, & *Colchicus* sinus ab eo emporio sic dictus.

Hujus ארם filii fuerunt. 1. עץ *Us*, unde terra עץ *Jobi* patria, inter *Sabæos* & *Chaldæos*, quasi media, nam ab urisque expilatus fuit *Job*: fuitque *Idumææ* pars quædam, ut ex *Thren. 4. 21.* liquet.

2. מוש *Mas*, à quo *Μυσοί*, *Mysii*, & *Mysia* vel *Mæsia* regio in Asia minore nota. Est & alia *Mysia* in Europa, quæ indidem fortè & nomen & originem habuit. Sed & in *Scythia* inter *Imaum* montem collocantur à *Ptolom.* *Massai* populi & montes sic dicti.

3. גתר *Geter*, à quo fortè *Gete* dicti (per apocopen ultimæ literæ) qui & *Gothi* postea dicti, populi septentrionales notissimi. Quin & *Massageta* populi ab utriusque posteris commixtis orti, & nomen inde compositum habere videntur.

Ab *Arphaxad* Semi filio, per *Salam* natus est עבר *Heber*, a quo vulgò existimant dictos esse *Hebræos*, sive *Israëlitas* (quia ab eo sunt oriundi) sed perperam, ut mox ostendetur. Fortè potius ab ipso *Heber* dicti & orti videntur *Iberi* populi prope *Pontum Euxinum*, à quibus postmodum nonnulli volunt ortos esse *Iberos* in *Hispania*, & fluvium *Iberum* ibidem nomen habere. Ab isto *Heber* natus est יקטן *Joktan*, à quo nomen & ortum fortè habuit urbs insignis & amœna, quam *Geographus Arabus* collocat in *Arabia*, inter *Meccam* & *Sarcas*, quam vocat *Baisat-Jaktan*, q. d. בית יקטן *domus Joktan*.

Hujus *Joktanis* multi in Scriptura *Genes. 11.* recensentur filii, quorum nomina nonnulla videntur populis & locis quibusdam indita, Nam à שֶׁלֶף *Salaph* dici potuerunt Σάγφοι montes in *Margiana* provincia. Item Σελήβιοι populi. A חצרמות *Hatsarmaveth*, quod & punctari potest חצרמות vel חצרמות dicti & orti esse possunt *Sarmata*, qui & *Sauromata*; sed & in *Arabia felice* regio est dicta *Hadrarnuth* (quod idem est nomen cum præcedente *Hebraico*) à *Geographo Arabe* notata: quin & in *Africa*, inter *Carthaginem* & *Leptim* parvam, aliud est oppidum ejusdem nominis, quod & hodie dicitur *Adrymetrum*. Ab ירח *Farach* Ἀραχώσσιοι videntur dicti, & *Arachosia* regio prope *Indum*, ab Oriente *Drangianam*, à Meridie *Gedrosiam* habens conterminam, quæ fortè dicta videtur à præcedente illo ירח tertio Semi filio. אֶדְלָה *Dikla*, fortè *Dungala* regio sub *Ægypto* in *Æthiopia*, sic etiamnum hodie dicta. Vel fortè inde Δικελίων, *Herodoti*. אֶשְׁבָּא *Seba* (ut & ab alio שְׁבָא & סְבָא à *Chamo* oriundus) orti sunt & nomen habent *Sabæi* populi notissimi, unde thus advehitur, quod *Sabaa mæsis* Poëtis dicitur. Ab אופיר *Ophir* (unde aurum *Ophir* in Scriptura celeberrimum) ὠφειρὸς πόλις dicitur potuit, & ὠφειρῖται populi, חוּלָה *Havila*, fortè dicti sunt *Chaulatai* adud *Strab.* quos collocat juxta *Nabathæos*, quæ loca videntur infesta à *Joktanis* quibusdam posteris. *Geographus* etiam *Arabs* meminit oppidi *Chaulan* in *Arabia felice*.

Noæ tertius filius est חם *Cham*, cujus posterii *Ægyptum* & *Africam* occuparunt. A quo *Ægyptus* usque hodie (inquit *Hieronimus* in *Tradit. Heb.* in *Gen.*) *Ham patria Ægyptiorum lingua dicitur*. Inde etiam dictus videtur *Jupiter Hammon*, quasi חמון, cujus oraculum fuit in *Lybiæ* mediis arenis positum loco amœnissimo, ubi *Cham* videtur sedem posuisse, atque illic diem suum obiisse, & à posteris pro Deo cultus: indidem est Ἀμμων, urbs sic dicta inter duas *Syrtes* apud *Ptolom.* Ab eodem חם est nomen χέμμυς.

*Chami* filius fuit, 1. כוש à quo *Æthiopes*, qui in Scriptura כוש & כושים dicuntur, quos *LXX* reddunt Ἀιθίοπας. Ab eodem nomen habere videtur Κῆσος πόλις apud *Ptolom.* & χεσις, urbs inter duas *Syrtes*: & apud *Geographum Arabem* *Cush* & *Cusha* nomina sunt civitatum in *Barbaria* & prope *Ægyptum*.

2. מצרים *Mitsraim*, quo nomine in Scriptura *Ægyptus* perpetuò denotatur, & etiamnum hodie *Ægyptus* ab *Arabibus* *Mesri* indidem dicitur. Apud *Cedrenum* autem μέστρα quemadmodum à בצרה *Idumææ* metropoli dicitur apud *Græcos* scriptores βόστρα, unde *Bostrenus* *Episcopus* apud *Ecclesiasticos* *Scriptores*.

3. פוט *Phut*, à quo *Mauritanix* fluvius quidam dictus est *Phut*, & circa eum regio *Phutenfis* usque in præsens dicitur (inquit *Hieronimus* in *Traditionibus* *Hebraicis* in *Genes.* & *Comment.* in *Esa-jam.*) Quin & à *Ptolomæo* urbs quædam Πυτῆα dicitur & ab eo in *Africa* propriè dicta collocatur.

4. כְּנָעַן *Chanaan*, à quo Chananæa dicta, regio notissima, Israeliticis à Deo tradita.

Filii Cus sunt, 1. סְבָא à quo *Sabai*, uti modo notatum est. 2. חִוִּילָה à quo videntur orti *Avalite* populi in Troglodyride juxta Æthiopiā sub Ægypto, & *Avaliticus* sinus, ex quo emergit mare rubrum, & *Avalite* emporium ad littus illius sinus. 3. סַבְתָּא *Sabatha*. Et Hieron. in Trad. dicit ab illo *Sabatha dictos esse Sabathenos, qui nunc* (inquit) *nominantur Astabeni*, sed in hoc posteriore falli videretur S. Hieron. nam Astabeni à Ptolomæo collocantur in Hyrcania.

A מִצְרַיִם *Misraim* ortus est לֹדִים *Ludim*, à quo Λαῶν & Λαῦδ fluvii dicti, quorum ille est in Pentapoli seu Cyrenaica Africa. 2. עַנְמִים *Ananim*, à quo ablata aspiratione ab inirio, & literis M & B. commutatis ob soni affinitatem, dicti videntur Νῆσαι, & *Nubia* regio inter Ægyptum & Æthiopiā, etiamnum hodie hoc nomine notissima.

A פְּתָרוּסִים *Phatrusim*, dicti videntur Φαγρόσιον *Phatrusi* apud Pompon. Melam, populi prope Nigritas, pro *Pharusis*: à Ptol. collocantur ad fluvium *Stachyr* prope Libyam interiorem, qui fluvius in Textu Ptol. vocatur *Trachyris*, & vocatur hodie *Gambra*.

A לְהַבִּים *Lehabim*, quod & punctari potest לְהָבִים orti & dicti sunt *Lybii*, & *Lybia* regio, Africae pars magna, quod ab æstu solis, tanquam flamma quadam sint totam faciem adusti; nam לֶהָב *Hebræis flamma* est.

A כְּסֻלְחִים *Chasubim* dicti videntur Ξουλιχῆς, Æthiopes sub ipso Æquinoctiali. Denique à פְּלִשְׁתִּים *Philistim*, dicti sunt *Philistini*, qui postea *Palæstini*, & tota regio dicta est *Palæstina*, hodie & olim toto orbe hoc nomine notissima.

Sed de his posterorum Noë nominibus, & regionibus ab illis dictis, videatur vir longè doctissimus & clarissimus Hugo Grotius, in Notis ab librum suum primum de Religione Christiana (qui mihi visus non est, nisi diu post hæc à me scripta) & multo adhuc hac in parte accuratior, & limatissimi judicii vir Samuel Bochartus, in eruditissimo & admirabili opere suo, cui titulum fecit, PHALEG.

Cæterum multi hodie in hac sunt sententia, Judæos, seu Israëlitas, in Scriptura dici עִבְרִים *Hebræos*, quod sint orti ab Abrahamo, quem dictum esse volunt עִבְרִי *Hebræum* Genes. 14. 13. quod esset ab Hebero Phalegi patre oriundus: ab eodemque Hebero linguam Hebraicam dictam esse censent, quod in linguarum divisione ac confusione, quæ facta est in extructione turris Babylonice, illa lingua, quæ prima omnium hominum ante Diluvium, adeoque ipsius Adami fuit, remanserit in Heberi domo, ejusque familia, tanquam sacrum quoddam ob ipsius pietatem, peculiunt. Sed parùm solida videtur hæc sententia. Nam primò alii fuerunt multi præter Abramum Heberi posterii, qui tamen Hebræi non sunt dicti. Si prima omnium & antiquissima Hebræa lingua apud Heberum ejusque familiam in linguarum divisione ob ejus pietatem remanserit, & ab eo dicta est Hebræa, cur non tam Juktanis

quàm Phalegi (quorum uterque Heberi fuit filius) posterii dicti sunt Hebræi? Cur Hebraicæ linguæ usus penes solos Abrahamæ (ex eorum sententia) posteros remansit? Imò cum Thare tres habuerit filios, Abraham, Nachor, & Haran, atque ex Nachor ortus sit Laban, ex Haran autem Loth, qui sit ut solus Abraham dictus sit עִבְרִי *Hebræus*, ejusque duntaxat posterii, si ab Hebero tritavo deducta est illa denominatio, non item Laban, & Loth, eorumque posterii, Syri, Moabitæ & Ammonitæ? Præterea, planum est ex Genes. 31. 47. Labanem Nachori filium non Hebræicè, sed Syriacè seu Chaldaicè esse locutum. Unde verisimile magis sit ipsum etiam Abrahamum, cum adhuc in Patria Uræ Chaldæorum, cum patre Thare, & fratre Nachor versaretur, locutum etiam fuisse Chaldaicè, eamque linguam habuisse pro vernacula.

Tum etiam constat Chananæos omnes, adeoque & Philisthæos, linguâ Hebraicâ fuisse usos, eamque fuisse illis vernaculam: omnia enim nomina propria hominum, locorum, oppidorum, montium, fluviorum, &c. quæ in Scriptura recensentur in illis gentibus, merè sunt Hebraica, originisque planè Hebraicæ. Itaque si valet argumentum ductum à nominibus Adami, Evæ, Seth, Abel, &c. ut ostendatur Hebræam linguam fuisse Patriarchis illis vernaculam, quia nomina illa merè sunt Hebraica, pari ratione ostendi potest eandem linguam fuisse populis Chananææ vernaculam, quia omnia eorum nomina, Salem, Jerusalem, Hebron, Jericho, &c. sunt merè Hebraica. At hi populi tamen non sunt ab Hebero, sed à Chamo oriundi. Quinetiam antiqua Punica lingua (Poeni autem à Phœnicæ incolis, à Josua expulsis, & nomen & originem habent) in prima sua origine fuit etiam Hebraica, uti à viris doctis fuit observatū: nam & ejus nomina propria multa merè sunt Hebraica, exempli gratiâ דִּידוֹ *Dido*, אֵלִישָׁה *Elisa*, אַנָּה *Anna* Didonis soror, בַּצְרָה *Búrsa*, Carthaginis arx, seu ἀρόπολις. חַנְיָבֵּל *Hannibal*. מְהֵרְבַל *Meherbal*, הַצְרֵבֵּל *Hasdrubal*, חַנּוּן *Hanno*, &c. Quod autem lingua Hebraica fuerit Chananæis vernacula, præter id quod modo diximus de nominibus propriis, huc etiam & illud accedit, quod Esa. 19. 18. hæc habentur. *In die illa erunt quinque urbes in Aegypto quæ loquentur כְּנָעַן שְׂפַטִּי labio*, hoc est, *lingua Chanaan*. Quibus verbis prædicit quidem Propheta Ægyptiorum ad Christi fidem conversionem, sed phrasi tamen primò & propriè significat, locuturos Ægyptios lingua Hebraica Judæorum vernaculâ, quam vocat *linguam Chanaan*, quia non modò eâ utebantur Judæi in Chananæa habitantes, sed quia revera fuit Chananæis vernacula, à quibus Abraham, ejusque posterii eam didicerunt inter Chananæos versantes. *Loqui autem linguâ Hebraicâ* (quæ tempore Esajæ sancta erat atque populi Dei propria) idem est Esajæ quod esse οὐκ ἔδειξε cum populo Dei, juxta phrasin Pauli 1. Cor. 1. 10. ubi τὸ αὐτὸ λέγειν, & esse ἐν τῷ αὐτῷ νοεῖ, & ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ pro uno eodemque habentur.

Leve est quod dicunt, *Heberum Abrahamo supervivisse, atque ita Abrahamum in tritavi sui domo enutritum, ab eo linguam Hebraicam addidicisse, & ad poste-*

posteris instar sacri peculii transmisisse. An enim penes solum Heberum remansit usus linguæ Hebraicæ? Gratis id dicitur sine probatione, nec videtur vero consentaneum. Nam modò ostendimus Nachorum, Abrahami fratrem, ejusque filium Labanem, Chaldaicè locutos esse; neque vola aut vestigium in Scriptura extat Abrahamum in Heberi domo, live ante, live postquam ex Chaldaea excessit, unquam enutritum fuisse. Deinde Abraham tam in Semi quàm in Heberi domo potuit enutriri, vixit enim Sem ad tempus usque Melchisedeci qui Abrahamo occurrit. An Hebræam linguam Semus in linguarum confusione dedit, ejusque oblitus est? quis affirmârit? Aut cur potius apud Heberum quàm apud Semum ea remansisset? si eam non dedit, cur non tam Semica à Semo, quàm Hebraica ab Hebero dicta fuisset, cum Sem illustrior fuerit ab nepote suo Hebero? Omnino ergò cum Abraham unà cum patre Thare, & fratre Nachor, in Chaldaea Chaldaicè loqueretur, Hebraicam linguam à Chananæis potius (qui, ut ostensum est, Hebraicè loquebantur) didicit, & quidem facile, quia hæc ab illa parum distat, estque altera alterius Dialectus quædam admodum vicina, ut ferè in Græca lingua, Jonica vel Æolica aut Dorica Dialectus ab Attica, vel communi parùm recedit: ac potior omnino videtur Eusebii & Africani sententia, qui Abrahamum dictum esse volunt *עבר* *Hebraum*, non ab Hebero tritavo, sed quia in Chananæam venerat *מעבר הנהר ex Transseuphratensi regione*. Sic nempe Africanus apud Eusebium lib. Chron. Græci ἐνθεν ἀρχεῖται (nempe ab Abrahamo) ἡ ἑβραϊκὴ προσηγορία ἑβραῖοι γὰρ οἱ περὶ αὐτὸν ἐρμηνεύονται, διαπεράσαντες τὸ εὐφράτην Ἀβραάμ, καὶ ἔχ, ὡς οἶον αἱ τινες ἀπὸ ἑβραῖοι τὸ προσηγομένον. Atque in eadem fuerunt LXX. Interpretes sententia, qui Gen. 14. 13. ubi Abraham *עבר* dicitur, *περὶ τὴν* reddunt, quod scilicet *ἐν περὶ τὸν τὸ εὐφράτου* advenisset. Chananæi nempe eum sic appellasse videntur κατ' ἐμφαντισμὸν, *Transseuphratensem*, vel *Transammanum*, quòd ad eos trajecto Euphrate in Chananæam tanquam inquilinus & peregrinus venisset, non quasi in vacuas sedes, uti ipsi fecerant, quum primò post linguarum confusionem in has terras venerant, sed tanquam peregrinus in sedes jam ab ipsis occupatas; qua appellatione ab ipsis distinguebatur, quia erant terræ illius quasi aborigines, & veluti ἀντόχθονες, quomodo à Græcis & Latinis dicebantur qui primi in terras tanquam in vacuas sedes venerant, quo nomine ab aliis distinguebantur, qui postmodum colonias eò deducebant. Sic solent hodie Itali per contemptum Gallos vocare *Ultramontanos* homines, & Galli ipsi homines ignotos & peregrinos interdum per contemptum vocant *des gens de delà l'eau*. Cùm igitur Abraham à Chananæis sic primùm vocatus esset per contemptum, tum etiam fortè ideò quòd ex uno in alium locum, nullis certis sedibus, tanquam peregrinus (quæ erat tum eis conditio) transfret atque migraret, eorum exemplo sic etiam ab Ægyptis, quum eo profectus est, vocatus est, mansitque apud ejus posteros ea *προσηγορία*, & quidem penes ejus solam (quod observandum) sanctam & legitimam posteritatem & sobolem, ab Ilaaco & Jacobo oriundam, non penes Ismae-

lis & Esavi posteros, quia nimirum his moribus & consuetudinibus Chananæorum & Ægyptiorum sese accommodârunt, seque illis commiscuerunt, ductis etiam inde uxoribus, unde factum ut *προσηγορίαν* illam ignominiosam à se declinârunt atque rejecerint, quæ penes alios mansit, quòd aliis moribus piè & sanctè à cæteris populis distincti & separati permanserunt. Et hoc singulari Dei providentia factum videtur in typum & documentum, quòd verè pii & fideles (verus Dei populus, qualis ille tum fuit) nullas in hoc mundo certas habeant sedes, sed sint quasi peregrini, de loco in locum perpetuò migrantes, & patriam adhuc quærentes, uti loquitur Apostolus Hebr. 11. Tum quia de hoc mundo in cælum, & de hac vita in aliam futuram & beatam sunt transferendi; cujus transitus & translationis typus & umbra fuit Abraham, trajecto Euphrate, transitus ex patria in Chananæam terram sibi à Deo promissam, tum Israelitarum sub Josua trajecto Jordane transitus, quo vetus illa Hebræorum appellatio renovata & confirmata esse videtur, ut etiam à Chananæis Israelitæ dicti sint Hebræi ob Jordanis transitum, quòd ex transammanana illa, quæ ultra Jordanem est, regione ad se venissent, & se ex patriis sedibus expulissent.

Sed sunt quibus indignum videtur ut lingua omnium prima & antiquissima penes Chanaan, ejusque posteros, maledictioni patris sui Noæ obnoxios, manserit incorrupta, ac non potius penes Heberi & nepotum ipsius, ac præsertim Abrahami Deo dilecti, familiam. Sed quid si dicamus id à Deo factum esse in typum, ut eo significaret Gentes, quas sibi ipsis relicturus erat (quarumque Chanaan in maledictione illa typus fuit) non esse in perpetuum abjiciendas, sed aliquando esse ad Christi communionem vocandas, ideòque in ejus rei arrham atque signum, tum Chanaan ejusque posteris (illarum typo) reliquisse usum primævæ linguæ atque sanctæ, quam Deus elegerat ut eâ oracula sua hominibus primùm revelaret. Atque etiam voluisse ut Abraham ejusque posteris linguam illam à Chananæis discerent in typum & documentum itidem, ut eo significaret futuros Judæos aliquando incredulos, & Christum rejecturos; sed postmodum ad ejus fidem Gentilium operâ esse convertendos, in eorumque communionem esse aliquando cooptandos, juxta Pauli prophetiam Rom. 11. An in ejusmodi Dei consilio (si tale ejus consilium) erit aliquid Deo indignum, vel absurdum? Ut ne jam dicam, videri Chamum & Chanaan in typum potius fuisse maledictos respectu Gentium ab illis oriundarum, quas Deus relicturus erat, quàm fuisse à Deo quoad ipsorum personam reprobatos, & in æternum rejectos atque damnatos, quomodo de Ismaele & Esavo non pauci viri docti & pii censent, eos in typum tantùm rejectos esse, non in æternum reprobatos. Nam quis credat Abrahami tempore fuisse omnes in univèrsum à Chananæis oriundos, homines impios & profanos, & à Deo prorsus alienos, cum videamus isthic Melchisedecum Dei Altissimi Sacerdotem, Abrahamo tanquam se inferiori benedicientem, & Rebeccam oraculum Dei consulentem. Unde liquet tum temporis fuisse inter Chananæos homines pios, & cultus divini studiosos, adeò-

CHRONOLOIÆ S. TABULA III.

que etiam Prophetas quos Rebecca consuleret. Quòd si Chanaan prima eorum origo & auctor, fuisset homo impius & profanus, & à Deo prorsus alienus, qualem & quàm bonam ab eo percipere potuissent ejus posterii institutionem atque educationem.

Ex his itaque planum videtur, Abrahamum non

ab Hebero *Hebraum* esse dictum, sed quòd esset *trans euphratem*, nec Hebræam linguam ab Hebero sed à Chananæis potius didicisse; quæ *Hebraica* ab Hellenistis Judæis post solutam captivitatem Babylonicam, non priùs, dicta est, ad differentiam linguæ Græcæ quâ ipsi utebantur.

TABULA TERTIA,

Complectens Patriarchas post Diluuium, usque ad Abrahamum, idque secundum  $\text{LXX}$ . Translationem.

|             | Juxta Sixtinianam Editionem. |                        |                     | Juxta Basiliensem & VVechehanam Editionem. |                                    |                     |                        |                     |             |              |
|-------------|------------------------------|------------------------|---------------------|--------------------------------------------|------------------------------------|---------------------|------------------------|---------------------|-------------|--------------|
|             | Genuit natus annos.          | Vixit postquam genuit. | Vixit in uniuersum. | Anno Mundi                                 |                                    | Genuit natus annos. | Vixit postquam genuit. | Vixit in uniuersum. | Anno Mundi. |              |
|             |                              |                        |                     | Natus est.                                 | Mortuus est.                       |                     |                        |                     | Natus est.  | Mortuus est. |
| 1. Sem      | 100                          | 500                    | 600                 | 2165                                       | 2765                               | 100                 | 335                    | 435                 | 2165        | 2600         |
| 2. Arphaxad | 135                          | 400 Euf.<br>430 Plant. | 518<br>535<br>565   | 2265                                       | 2803 Euf.<br>2800.<br>2830. Plant. | 135                 | 330                    | 465                 | 2265        | 2730         |
| 3. * Kainan | 130                          | 330                    | 460                 | 2400                                       | 2860                               | 130                 | 330                    | 460                 | 2300        | 2860         |
| 4. Selah    | 130                          | 406 Euf.<br>355        | 510<br>465          | 2530                                       | 3066. Euf.<br>2995.                | 130                 | 330                    | 460                 | 2530        | 2990         |
| 5. Heber    | 134                          | 355 Euf.<br>270        | 269<br>404          | 2660                                       | 3029. Euf.<br>3064.                | 134                 | 370                    | 504                 | 2660        | 3164         |
| 6. Phaleg   | 130 Plant.<br>150            | 209                    | 339                 | 2794                                       | 3133                               | 130                 | 209                    | 339                 | 2794        | 3133         |
| 7. Rehu     | 132                          | 207                    | 339                 | 2924                                       | 3163                               | 132                 | 207                    | 339                 | 2924        | 3263         |
| 8. Serug    | 130                          | 200                    | 330                 | 3056                                       | 3386                               | 130                 | 200                    | 330                 | 3056        | 3386         |
| 9. Nachor   | 79 Af. Eu.<br>179            | 119<br>115             | 195<br>204          | 3186                                       | 3584. Euf.<br>& Afr. 3409          | 79                  | † 129                  | 208                 | 3186        | 3394         |
| 10. Thare   | 70                           | 135                    | 205                 | 3262 Euseb.<br>& Afr. 3365.                | 3570                               | 70                  | 135                    | 205                 | 3265        | 3570         |
| 11. Abraham |                              |                        |                     |                                            |                                    |                     |                        |                     |             |              |

\* Istum Kainan non agnoscunt neque numerant Eusebius & Africanus, qui tamen sequuntur Epilogismum  $\text{LXX}$ . † Istum numerum sequitur Eusebius in Chronico Latino.



## TABULA QUARTA,

Complectens Patriarchas post Diluuium usque ad Abraham,  
idq. iuxta Samaritanorum codicem ex Eusebii Chronico  
Græco.

|            | Genitum natus annos. | Vixit postquam genuit. | Vixit in uniuersum. | Anno Mundi. |              |
|------------|----------------------|------------------------|---------------------|-------------|--------------|
|            |                      |                        |                     | Natus est.  | Mortuus est. |
| 1 Sem      | 100                  | 500                    | 600                 | 1209        | 1809         |
| 2 Arphaxad | 41 30                | 303                    | 433                 | 1309        | 1742         |
| 3 Selah    | 130                  | 303                    | 433                 | 1439        | 1872         |
| 4 Heber    | 134                  | 270                    | 404                 | 1569        | 1973         |
| 5 Phaleg   | 130                  | 109                    | 239                 | 1703        | 1942         |
| 6 Rehu     | 132                  | 207                    | 339                 | 1833        | 2172         |
| 7 Serug    | 130                  | 100                    | 230                 | 1965        | 2195         |
| 8 Nachor   | 79                   | 69                     | 148                 | 2095        | 2243         |
| 9 Thare    | 70                   | 75                     | 145                 | 2174        | 2319         |
| 10 Abraham |                      |                        |                     |             |              |

*a* Rectè monet Morinus, Exercit. in Pentateuchum Samaritan. legendum apud Euseb. ελς pro ελ, ac malè omittam esse quinarium numeri notam.

*b* Codex Morini Samaritanus habet tantum 107. atque sic legendum esse contendit in Exercit. suis Morinus.

OBSERVATIONES IN  
DUAS TABULAS PRÆ-  
CEDENTES III. & IV.

**I**Nannis genealogiæ horum Patriarcharum multum distat Græca τῶν LXX. translatio, tum ab Hebræo & Samaritano codice, tum à seipsa; & primum quidem à seipsa, quia variæ illius editiones, quæ hodie extant, inter se non consentiunt, & illæ ipsæ dissentiant in numeris, quos Eusebius in Chronico suo Græco, tum Hieronymi Latino, refert tanquam ex LXX. Interpretibus, uti planum est ex Tabula III. quam contexamus ex variarum editionum inter se, & cum Eusebio collatione.

Consensio quidem inter varias editiones Græcas & Eusebium satis constans est in annis τεννογονίας Patriarcharum, si duos excipias Phaleg & Nachor: nam in Regiis Bibliis à Plantino Antuerpiæ excusis, Phaleg dicitur genuisse anno ætatis 134. verum aliæ editiones, atque adeò ipsa Sixtina, unà cum Eusebio & Africano, qui in suis epilogismis sequuntur LXX. Interpret. habent 130. ubi ratio potius haberi debet lætionis, quæ omnibus illis probatur, quàm illius quæ in sola Plantini habetur. Nachor autem secundum Eusebium in Chronico, tum Græco, tum Latino, & secundum Africanum, & hodiernas vulgares editiones Græcas, genuit anno vitæ suæ 79. at secundum Sixtinam & regiam Plantini editionem, genuit anno ætatis 179. ubi uterque numerus videtur vitiosus: quod si alteruter est amplectendus, videtur potius sequenda lætio Eusebii & Africani, quæ confirmatur editione Basilienfi & Wechelianna, quàm Sixtina & Plantini lætio, utpote quod hæ longè magis recedunt ab Hebræo.

At longè maxima est dissensio inter hodiernas editiones Græcas τῶν LXX. tum inter se, tum ab Eusebio, in assignandis annis, quos Patriarchæ dicuntur vixisse post τεννογονίαν, uti planum est ex Tabula III. Quæ dissensio non aliunde videtur orta, quàm ex scribarum seu librorum, vel etiam Typographorum incuria atque lapsu & errore. In illa autem dissensione difficile est statueri utra lætio sit potior magisque probanda, nisi quod illa videri debet melior, quæ minùs longè recedit, seu propius accedit ad lætionem hodierni codicis Hebraici. Cùm itaque exempli gratiâ Arphaxad dicatur in Hebræo codice vixisse annos 403. postquam genuit Salam, planum est lætionem Eusebii, quæ totidem annos illi tribuit, meliorem esse quàm editionis Sixtinæ, quæ illi annos duntaxat 400. tribuit, vel editionis Basil. quæ illi tribuit annos tantum 330. aut verò editionis regiæ Plantini, quæ illi tribuit annos 430. ubi fortè vitio Typographi vel Librarii scriptum fuit τεττακοντα pro τετρία. Ceterum Scaliger in animadversionibus suis in Euseb. pro υγ hoc est, 403. bis habet υι, hoc est, 410. quod posterius mendosum videtur. Sic cùm in Hebræo codice Selah dicatur vixisse annos itidem 403. post genitum Heber, lætio Eusebii quæ illi tribuit 406. annos, potior est lætione Sixtina & Plantini, quæ illi tribuunt annos 335. vel Basil. & Wechel. quæ dant illi annos duntaxat 330. Pariter cùm Heber dicatur in Hebræo codice vixisse annos 430. post genitum Phaleg, lætio edit. Basil. aliarumque vulgarium, quæ illi tribuunt annos 370. potior videtur quàm lætio Eusebii, quæ illi tribuit tantum annos 135. aut lætione Sixt. & Plant. quæ tribuunt illi annos duntaxat 270. Denique cùm Nachor dicatur in Hebræo codice vixisse annos 119. post genitum Thare, lætio Eu-

Eusebii quæ cum Hebræo consentit, melior videri debet, quàm lectio Sixt. & Plantin. quæ illi tribuunt annos 125. melior item lectione edit. Basil. quæ illi tribuit annos 129. ubi vitio Librarii vel Typographi, addita videtur decas una ad justum numerum facili lapsu τὸν pro 1.

Porro quia consensus est, uti dixi, in annis τῆς τεχνολογίας; inde etiam sequitur consensus in anno mundi, quo singuli Patriarchæ censendi sunt esse nati, si unum excipias Thare, qui quoniam pater ejus Nachor in Sixt. & Plant. edit. dicitur natus annos 179. quum genuit Tharam, ex consequenti censendus est Thare natus anno mundi 3365. secundum illas editiones, uti notatum est in Tabula. Sed juxta Eusebium & Africanum, & editiones Basil. & Wechel. qui volunt Nachor genuisse Tharam anno vitæ suæ 79. censendus est, ex illorum mente, natus Thare anno mundi 3265. Ex diffensione autem in annis quos Patriarchæ vixerunt post τεχνολογίαν, sequitur necessariò dissensus in annis quos in universum vixerunt, ut & in anno mundi, quo illi censendi sunt mortui, uti planum est ex Tabula. Sed quoniam (uti dixi) tota illa diffensio orta videtur ex Librariorum vel Typographorum errore aut lapsu, omnia videntur revocanda ad lectionem codicis Hebraici, atque ex eo emendanda & corrigenda.

Cæterum ex Tabula nostra prima planum est, Diluvium secundum τῶν LXX. epilogismum, incidere in an. M. 2262. ac proinde ejus finem incidere & initium anni mundi 2223. Arphaxad autem natus est biennio, seu anno secundo post Diluvium, Gen. 11. 10. Itaque natus est secundum LXX. an. mundi 2265. cui si addas annos 135. quo natus Arphaxad genuit Kainan, exurgeret an. mundi 2400. quo secundum LXX. natus fuerit Cainan; atque sic de reliquis. Rursus si an. mundi 2265. quo natus est Arphaxad secundum τῶν LXX. epilogismum, addas annos 538. quot vixit in universum secundum Eusebium, exurgeret an. M. 2083. quo secundum illum censendus est mortuus. Atque sic de reliquis uti habetur in Tabula.

Sed præcipua maximè que momentosa diffensio, quæ intercedit inter τῆς LXX. & Hebræum codicem, est in anno τεχνολογίας. De hac codicum Hebraicorum & Græcorum discrepantia, vide quæ dicta sunt Proleg. de versione Græca LXX. Interp. sect. ult. Nam in omnibus Patriarchis (excepto Semo) usque ad Nachor, anno τεχνολογίας qui habetur in codice Hebræo, LXX. addunt annorum ἐκατοντάδα unam, planè eodem modo, quo in nonnullis Patriarchis ante Diluvium id ipsum factum est, etiam eodem, uti videtur, consilio: nempe, ut ad Tabulam primam dixi, audacia & temeritate Librarii illius qui primus (uti videtur) ex autographo τῶν LXX. suum descripsit ἀπόγραφον, ex quo in alia deinde exemplaria transfusus est & diminavit error. Putavit nempe ille idem sibi hic etiam faciendum esse, quod ante fecerat, ne nimia videretur esse inter Patriarchas ante & post Diluvium differentia in anno τεχνολογίας, si non etiam istis adderetur una ἐκατοντάς annorum. Tum etiam fortè putavit annos istorum (ut & illorum) esse μνημείας, unde necesse fuit addere centum annos, ut sic Patriarchæ isti gignere cœperint ætatis anno saltem circiter duodecimo vel deci-

moterio. Deniq; qui videbat Semum non genuisse nisi anno ætatis centesimo, putavit in sequentibus Patriarchis addendos esse illos centum annos, ne tanta & tam subita esset annorum τεχνολογίας diminutio, ab anno centesimo Semi ad trigessimum quintum Arphaxadi, & vigesimum nonum Nachori. Quando igitur ante Diluvium sex Patriarchis addiderat sex ἐκατοντάδας annorum, nimirum Adamo, Setho, Enoso, Kainano, Mahalaleeli & Enocho, totidem voluit addere post Diluvium, nimirum Arphaxado, Salæ & cæteris usque ad Nachor, cui codices quos sequuti sunt Euseb. & Africanus addunt annos δύνταξ 50. & editiones hodiernæ Sixt. & Plant. addunt annos 150. nam si 29. annis quos codex Hebræus dat Nachoro cum genuit Tharam, addas 50. fiunt 79. quot illi dant codd. Eusebii & Africani: si verò addas 150. fiunt 179. anni, quos illi dant editiones Sixt. & Plantiniana.

Porro observandum est Eusebium Africanum, (quibus & alii è veteribus addi possent) qui tamen calculum τῶν LXX. sequuntur, in hac Patriarcharum serie omittere Kainanem, cujus omnino non meminerunt, suumque adeo calculum ἐκ τῶν LXX. instituant, ut planum sit eos nullam illius rationem habuisse. Africanus enim à Diluvio ad nativitatem Abrahamæ annos putat 915. per generationes decem, quod verum esse non potest, si in illis decem generationibus numeretur Kainan, eique tribuantur anni 130. ante natum Salam: nam primo sic generationes essent undecim, non decem, connumeratis Semo & Abrahamo; deinde inveniuntur à Diluvio ad natum Abrahamum anni non 915. ut vult Africanus, sed 1072. Sed si Kainan non numeretur, 942. (uti rectè colligit Eusebius cum refert τῶν LXX. epilogismum) qui numerus propius multo accedit ad 915. quàm 1072. Itaque vel falsus est in numerando, aliquot annis Africanus, vel lapsus est Librarius aut Typographus, qui τὸν pro μβ posuit. Hinc liquet exemplaria translationis Græcæ τῶν LXX. quibus illi usi sunt, non habuisse illum Kainan, alioqui non eum omisissent, neque sine eo calculum suum instituisent. Varia ergo lectio hic manifesta est in codicibus translationis Græcæ τῶν LXX. circa istum Kainanem, nam hodiernæ omnes Græcæ editiones illum agnoscunt. Sed cum non habeatur in codice Hebræo, tam Judæorum quàm Samaritanorum, & in exemplaribus Græcis, quæ Eusebius & Africanus sequuti sunt, abfuerit, planum est irrepsisse in codices Græcos τῶν LXX. vitio & errore librarii, qui cum inter describendum animus haberet defixum in priorem Cainanem, qui vixit ante Diluvium, eum hic, sive per incogitantiam, uti non rarò fit aliud cogitantibus, sive consilio inseruit, tertio post Noachum loco, quomodo ille prior tertius fuit ab Adamo, quòd videretur fortè illi congruum, ut in mundi post Diluvium instauratione, quartus in Patriarcharum serie homo ejusdem esset nominis cum eo qui quartus fuerat in prima Patriarcharum ante Diluvium serie. Annos autem illi attribuit totidem quot sequenti Sale, idque tam ante quàm post susceptam prolem. Ita partim consilio, partim errore atque oscitantia & insigni hallucinatione, videtur iste Kainan hic insertus atque insultus à Librario aliud cogitante. Qui error cum diffusus esset in multa exempla-

A DILUVIO AB ABRAHAM.

ria Græca τῶν LXX. inde postmodum transfusus videtur in Lucae Evangelium in Christi genealogia, non ab ipso Luca, sed à librario, vel antiquario, qui cum in margine codicis sui norasset Kainanem istum ex Græca τῶν LXX. translatione, quasi per incuriam apud Lucam omissum, ex margine postea migravit, inter describendum, in textum, uti passim solet id fieri, unde tot in præstantissimis etiam & vetustissimis MSS. codd. omnis generis glossemata errore & ignorantia Librariorum infulta. Hæc obiter & breviter dicta sunt de suppositio isto Cainan, de quo, qui plura volet, videat accuratam de eo viri docti Dom. Spanhemii, in Dubiis suis Evangelicis Disputationem.

Ad Tabulam IV.

Samariticus Codex, non secus ac LXX, centum annos addit anno τεννοσολίας singulorum Patriarcharum, nisi quod τῶ Arphaxad tribuit annos duntaxat 130. non autem 135. Scaliger tamen in Animadversionibus suis monet in Samaritico codice esse 135. Hos centum annos mox detrahit nonnullis Patriarchis, quum recenser annos, quos post susceptam prolem vixerunt, ita ut

in annorum summa, quos in universum vixerunt Patriarchæ, consentiat in quibusdam cum Hebræo codice Judæorum, ut planum est ex collatione V. & VI. tabulæ, nisi quod τῶ Heber detrahit non modò centum, sed 160. annos post τεννοσολίας, τῶ Nachor annos 79. ante τεννοσολίας, cum Eusebio & Africano tribuit, post τεννοσολίας verò annos illi dat duntaxat 69; in quo & ab Hebræo, & ab omnibus Græcis τῶν LXX. editionibus discedit. Quod videtur factum librarii apud Eusebium culpâ, qui ἔθ pro γενθ scripsit. Quod autem Tharæ genitum Abraham annos duntaxat tribuit 75. causam diximus supra in Notis ad tabulam II. Cur autem hîc potius, quàm in antecedentibus decem Patriarchis, qui ante Diluvium vixerunt, Samariticus codex sequutus sit calculum τῶ LXX. non verò Hebræorum codicem, causam divinare non possum.

Atque hæc breviter dicta sunt de discrimine, quod in annorum numero intercedit inter Hebræum cod. & Samariticum, atque editiones varias translationis Græcæ τῶν LXX. quo pacto illa conciliari utcunque possint, si modò conciliari possunt.

TABULA QUINTA.

Complectens historiam sacram à nato Abraham ad Exodum, per annos quingentos.

|                                                                       | Anno vitæ suæ genuit, vel aliquid aliud fecit aut passus est. | Vixit in universum. | An. Mundi                              |          |
|-----------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------|---------------------|----------------------------------------|----------|
|                                                                       |                                                               |                     | Nascitur vel aliquid fit aut contingit | Moritur. |
| <sup>a</sup> ABRAHAM.                                                 | 100                                                           | 175                 | 2008                                   | 2183     |
| <sup>b</sup> Egreditur ex Ur Chaldæorum.                              | 70                                                            |                     | 2078                                   |          |
| <sup>c</sup> Egreditur ex Charan, & venit in Chananæam.               | 75                                                            |                     | 2083                                   |          |
| <sup>d</sup> Gignitur ab eo Ismael.                                   | 86                                                            | 137                 | 2094                                   | 2231     |
| <sup>e</sup> Circumciditur & Sodoma evertitur.                        | 99                                                            |                     | 2107                                   |          |
| <sup>f</sup> ISAAC.                                                   | 60                                                            | 180                 | 2108                                   | 2188     |
| <sup>g</sup> Ducit Rebeccam in uxorem.                                | 40                                                            |                     | 2148                                   |          |
| <sup>h</sup> JACOB.                                                   |                                                               | 147                 | 2168                                   | 2315     |
| <sup>i</sup> Fugit ad Labanem, isthique servit annos XX.              | 78                                                            |                     | 2246                                   |          |
| <sup>k</sup> Ducit Leam & Rachelem.                                   | 85                                                            |                     | 2253                                   |          |
| <sup>l</sup> Levi ei nascitur.                                        | 88                                                            | 137                 | 2256                                   | 2393     |
| <sup>m</sup> Redit Jacob ad patrem.                                   | 98                                                            |                     | 2266                                   |          |
| <sup>n</sup> JOSEPH.                                                  |                                                               | 110                 | 2260                                   | 2370     |
| <sup>o</sup> Venditur à fratribus in Ægyptum.                         | 17                                                            |                     | 2277                                   |          |
| <sup>p</sup> Isthic servit annos XIII.                                |                                                               |                     |                                        |          |
| <sup>q</sup> Siftitur Pharaoni.                                       | 30                                                            |                     | 2290                                   |          |
| <sup>r</sup> Nascuntur illi Ephraim & Manasse.                        | 37                                                            |                     | 2297                                   |          |
| <sup>s</sup> Descendit Jacob in Ægyptum annos natus 130               |                                                               |                     | 2298                                   |          |
| <sup>t</sup> MOSES.                                                   |                                                               | 120                 | 2428                                   | 2548     |
| <sup>u</sup> Fugit ad Jericho, isthique servit annos XL.              | 40                                                            |                     | 2468                                   |          |
| <sup>x</sup> Redit in Ægyptum, & Israelitas inde educit, itaq, EXODUS | 80                                                            |                     | 2508                                   |          |

AD TABULAM V. PRÆCEDENTEM OBSERVATIONES, CUM PROBATIONE VERITATIS  
TABULÆ IPSIUS.

<sup>a</sup> Abrahamum natum esse anno mundi 2008, supra demonstratum est ad tabulam II, ubi ostendimus eum natum esse an. ætatis Tharæ non 70, sed 130. Quandoquidem ergo constat ex eadem tabula, Tharam natum esse (secundum Hebræum codicem, cujus calculum sequimur) anno mundi 1878, planum est, Abrahamum natum esse anno mundi 1008. Cum autem vixerit annos 175, Gen. 25, 7. manifestum est, eum obiisse anno mundi 2183.

<sup>b</sup> Abrahamum egressum esse ex Ur Chaldæorum anno ætatis suæ 70, jam supra probatum est ad tabulam II. Itaque egressus est ex Ur anno mundi 2078. R. Abraham in Cabbala sua historica (quem sequitur hac in parte auctor Seder Olam rabba) ineptit, quum fingit Abrahamum egressum esse primò Charris quum natus esset annos 52, indeque ad fœdus cum eo à Deo initum **בין הַבְּתָרִים** (ut illi loquuntur) de quo Gen. 15, annos esse 8, tum Abrahamum natum annos 70, rediisse Charras, isthucque egisse annos quinque, quibus exactis secundò vult inde egressum natum annos 75, venisse in terram Chanaan. Nam primò unde nobis exsculpunt illi geminam Abrahamæ ex Charris profectionem, cujus nullum est in Scriptura neque vestigium neque vola? Secundò, Unde nobis confingunt 52. annos quos illi dicunt Abrahamum natum fuisse, quum primò egressus est Charris? Terriò, Unde commenti sunt 18. annos, quos ajunt intercessisse inter primam Abrahamæ ex Charris profectionem, & fœdus cum eo initum, quod commemoratur Genes. 15. Omnia ista gratis ab illis dicuntur & sumuntur, non verò probantur. Deinde, ubinam percussum esse volunt fœdus illud cum Abrahamo initum, an in Ur Chaldæorum antequam veniret Charras, an verò in Chanaanæa postquam excessisset Charris? Si in Ur Chaldæorum, ergo secundum eos Abraham prius vixerit Charris, quàm in Ur, quod falsum est & contra Scripturam, Genes. 11. Si in Chanaanæa (uti planum est ex historia sacra Genesios,) quis credat eum postea rediisse Charras, quàm inde excesserat? nam cui bono, & quo fine? repugnat hoc commentum Scripturæ, quæ omnino de reditu illo non meminit. Porro non fuit illud fœdus **בין הַבְּתָרִים**, de quo Genes. 15, promissio Abrahamæ à Deo primò facta, ut illi hariolantur, sed promissionis primò illi factæ, dum adhuc esset Ure Chaldæorum, renovatio & confirmatio, adhibito solemnibus sacrificii ritu, & quidem cum Deus Abrahamum in rem præsentem (terram nempe Chanaan) quam illi antea pollicitus fuerat, adduxisset. Rectè quidem sentiunt, quum annos 430, de quibus Exod. 12. 40. inchoant à promissione Abrahamæ facta, & fœdere cum eo inito, sic enim imprudens Apostolo succinunt & suffragantur Gal. 4. Rectè etiam dicunt Abrahamum natum fuisse anno 70, quum post promissionem ipsi factam & percussum fœdus venit Charras, atque isthuc egisse annos quinque, hæc enim ita se habere supra probavimus ad tabulam II. Sed graviter hallucinantur, quum tœderis in Ur Chaldæorum primò pacti renovationem & con-

firmationem factam Genes. 15. confundunt cum ipso fœdere primò inito.

<sup>c</sup> Abrahamum, cum excessisset ex Charan, natum fuisse annos 75, liquet ex Genes. 12. 4. 5. Ergo egressus est ex Charan anno mundi 2083, siquidem natus erat anno mundi 2008.

<sup>d</sup> Ismaëlem natum esse anno 86. ætatis Abrahamæ, probatur primò ex Genes. 16, 3. ubi Sara dicitur dedisse Abrahamo Hagarem in uxorem, quum habitasset decem annos in terra Chanaan. Ergo data est illi anno ætatis suæ 85. Natus est autem Ismaël anno post verrente: ergo anno ætatis Abrahamæ 86, mundi verò 2094. Deinde, Genes. 17. 24, 25. Abraham dicitur natus annos 99, Ismael autem annos 13, quando simul eadem die circumcisi sunt. Cum igitur Abraham natus sit anno mundi 2008, annus ejus 99. convenit cum anno mundi 2107, à quo si subducas annos 13, restabit annus mundi 2094, quo natus est Ismael; qui cum vixerit annos 137, mortuus est anno mundi 2231.

<sup>e</sup> Abraham circumcisum fuisse anno ætatis suæ 99. (ac proinde anno mundi 2107.) constat ex Genes. 17. 24, 25. Sodomam autem paulò post fuisse evertam constat ex historia Genesios. Nam quæ narratur Genes. 18, & 19. facta sunt inter circumcisionem Abrahamæ & nativitatem Isaac, adeoque mensibus novem, ut minimum, ante illam nativitatem.

<sup>f</sup> Natus est Isaac quum Abraham esset annorum 100, Genes. 21, 5. itaque natus est anno mundi 2018. Vixit autem Isaac annos 180. Genes. 35, 28. Ergo mortuus est anno mundi 2288.

<sup>g</sup> Cum Isaac duxit Rebeccam, natus erat annos 40. Genes. 25, 20. duxit itaque eam anno mundi 2148.

<sup>h</sup> Isaacus erat annorum 60, quum nati sunt illi Jacob & Esau, Gen. 25, 26. Itaque Jacob natus est anno mundi 2168. Quare cum vixerit annos 147. Genes. 47, 28. sequitur eum esse mortuum anno mundi 2315.

<sup>i</sup> Quo anno Jacob acceptà à patre benedictione fugerit ad Labanem, sic ostenditur. Quum Jacob descendit in Ægyptum, natus erat annos 130. Genes. 47, 9. ac proinde eò descendit anno mundi 2298. Joseph autem natus erat annos 38. uti mox ostenderetur. Si igitur subducantur anni illi 38. de 2298, invenietur Joseph natus anno mundi 2260, ætatis autem patris sui 92. Jacob autem servierat Labani an. 14. quum natus est illi Joseph, uti constat ex collatione Genes. 30, 21. cum cap. 31, 41. Deducantur 14. isti anni de anno mundi 2260, quo natus est Joseph, invenietur Jacob venisse ad Labanem anno mundi 2246, anno autem ætatis suæ 78. quod erat demonstrandum. Josephum autem natum fuisse annos 38; quum Jacob descendit in Ægyptum, sic ostenditur. Cum stirit se Pharaoni, somnium ejus explicaturus, natus erat annos 30. Genes. 41, 46. Secuti sunt statim septem anni felicitatis, ibidem vers. 32. Jacob autem descendit in Ægyptum anno secundo famis, Genes. 45, 6. Fuit igitur Joseph natus annos 38, quum pater ipsius descendit in Ægyptum.

<sup>k</sup> In fine septem annorum servitutis Jacob duxit Leam, Genes. 29. 21. Venerat autem ad Labanem, & cœperat ei servire anno mundi 2246, quum natus esset annos 78. uti modò demonstratum est. Duxit igitur Leam anno mundi 2253, anno ætatis suæ 85. Eum autem unà simul cum Lea accepisse Rachelem, atque ex utraque, ut & ex ancillis duabus suscepisse prolem quæ narratur Genes. 29, interim dum serviebat alteram annorum hebdomadem, Judæi constanter affirmant, & liquet ex illa Geneseos historia. Nam si Rachelem demum post 14. servitutis annum exactum accepisset, quo pacto ex ea natus illi fuisset Joseph in fine anni decimi quarti, uti id factum esse constat ex Genes. 30, 25. & 31. 41. Deinde, jam suprà probatum est Josephum natum esse anno mundi 2260, ætatis patris anno 92. Fugissit autem Jacobum ad Labanem anno mundi 2246, ætatis suæ 78. Ergo natus est Joseph in fine anni decimi quarti servitutis.

<sup>l</sup> Levi natus est anno tertio postquam Jacob duxit Leam, est enim tertius Jacobi ex Lea filius, Gen. 29. 34. Jacob autem duxit Leam anno mundi 2253, ætatis suæ 85, uti modò demonstratum est. Ergo natus est Levi anno mundi 2256, ætatis patris 88. Vixit autem in universum annos 137, Exod. 6. 16. Ergo mortuus est anno mundi 2393, annis 115. ante Exodum.

<sup>m</sup> Servivit Jacob apud Labanem annos 10. Gen. 31, 41. quibus exactis rediit ad patrem in terram Chanaan. Fugerat autem ad Labanem anno mundi 2246, ætatis suæ 78, uti modò ostensum est. Ergo rediit ad patrem anno mundi 2266, ætatis 98.

<sup>n</sup> Quo mundi anno natus sit Josephus, constat ex prædictis, nimirum anno mundi 2260, patris 92. Cum itaque Joseph vixerit annos 10. Genes. cap. ult. vers. ult. sequitur eum esse mortuum anno mundi 2370 annis 138. ante Exodum.

<sup>o</sup> Joseph natus erat annos septemdecim, quum venditus est à fratribus, Genes. 37. 2. Natus autem erat anno mundi 2260. Ergo venditus est anno mundi 2277.

<sup>p</sup> Josephum serviisse in Ægypto annos 13, sic colligitur. Quum venditus est à fratribus, natus erat annos 17, quum stitit se Pharaoni natus fuit annos 30. uti ex præcedentibus liquet, & ex Gen. 41. 46. Ergo servit annos 13. totos, forè etiam 14. fermè, si dicamus annum 17. quum venditus est, fuisse tantum inchoatum, uti non rarò inchoatus pro pleno ponitur, quod rectius videtur.

<sup>q</sup> Liquet illud ex Genes. 41. 46.

<sup>r</sup> Liquet indidem versu 50.

<sup>s</sup> Planum est ex Genes. 47. 9.

<sup>t</sup> Quo mundi anno natus sit Moses, & quo mortuus sit, sic colligitur. Moses natus erat annos 80, quum stitit se Pharaoni & populum ex Ægypto eduxit, Exod. 7. 7. Exodus autem contigit anno mundi 2508, annis nimirum 400. post natum Isaacum, uti suprà demonstratum est ad tabulam II. Si hinc deducas 80. annos Moysi, inveniatur Moses natus anno mundi 2428. Cum igitur vixerit annos 120, sequitur eum obiisse anno mundi 2548.

<sup>u</sup> Actorum 7. 13. Stephanus exertè dicit Mosem natum annos 40, egressum esse ad fratres, & mox fugisse ad Jethro in Madian. Cum igitur natus annos 80. re-

dierit ex Madian, & stiterit se Pharaoni, sequitur cum serviisse apud Jethro annos 40. Fugit ergo anno mundi 2468, quandoquidem natus erat anno mundi 2428.

<sup>x</sup> Exodum contigisse anno mundi 2508; suprà demonstratum est ad tabulam II. Cum itaque Jacob cum familia descenderit in Ægyptum an. mundi 2298. uti antè probatum est, sequitur Israelitas mansisse in Ægypto annos duntaxat 210. quod & Judæi constanter agnoscunt, & probant ex Genes. 42. 2. per Gematriam quam vocant. Sic enim in Bereschich rabba, sect. 91. Dixit R. Aba bar Cahana, בני שנים שהם עתירין

hoc est, Annunciat (nempe Jacob) illis (filiis suis) quod annos 210. commoraturi sint isthic (nempe in Ægypto) idque ex voce רון (Genes. 42. 2.) quæ continet numerum illum.

Quum itaque Ex. 12. 40. dicitur ומושב בני ישראל

אשר ישבו במצרים, non debet reddi (uti à nonnullis

sit interpretibus) *Habitatio autem filiorum Israelis*

qua (vel secundum quam,) habitaverunt in Ægypto,

fuit annorum 430; sed debet reddi, *Peregrinatio autem*

*filiorum Israelis qui habitaverunt in Ægypto, fuerat*

annorum 430. Nam תושב significat *inquilinum,*

*peregrinum,* qui habitat in sede non sua; Ergo &

מושב potest reddi *peregrinatio, incolatus.* Peregrinatio autem illa inchoanda est (uti suprà ostendimus)

ab exitu Abrahami ex Ur Chaldæorum, tum enim cœpit peregrinari è patria, atque in eo omnes ejus posterii,

qui vi divinæ promissionis in lumbis ejus erant, cœperunt, inquam, tum temporis & peregrinari, & quodam-

modo servire. Atque hic notanda est lectio Samaritani

codicis, quæ sic habet. ומושב בני ישראל ואבותם

אשר ישבו בארץ כנען וכארץ מצרים תל שנת

*Habitatio filiorum Israel & patrum ipsorum, qua habitaverunt in terra Chanaan, & in terra Ægypti, fuit 430.*

annorum: quæ lectio si recipiatur solvit omnem difficultatem. Sanè LXX. Interp. locum illum sic reddunt,

ἡ δὲ κατοίκησις τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἢν λατῶκησαν ἐν γῆ Ἀιγύπτῳ

καὶ ἐν γῆ Χαναάν, ἔτη τετρακόσια τριάκοντα quin & non-

nulli codices Græci habent, αὐτοὶ ἢ οἱ πατέρες αὐτῶν, uti

observat Augustinus tom. 4. lib. 2. Quæst. in Exod.

quæst. 47, ubi loci hujus nodum atque difficultatem e-

gregiè solvit atque explicat, nisi quod annos à promissione

ad natum Isaac putat tantum 25, à nato autem Isaac

ad exodum annos computat 405, ita ut Israelitæ fuerint

in Ægypto per annos 215. Sed hic calculus abundè re-

vincitur ex prædictis.

Porrò quia Deus genti Judaicæ, quam ex omni-

bis populis sibi selegerat in peculium, legem Moysi mi-

nisterio dedit, in qua Jubilæorum & Sabbathicorum an-

norum observationem instituit, hinc est quòd ab Abra-

hami, gentis illius primi parentis, nativitate videre li-

cet, plerisque memorabiles maiorum populi illius e-

ventus, resque gestas, incidere in finem, vel initium Ju-

bilæorum, & annorum Sabbathicorum, Deo nimirum

(qui omnia sapientissimè administrat atque in numero,

pondere & mensura fecit) sic hominum illorum illu-

strium res & eventus di. pensante, ut certis Jubilæorum

& Hebdomadam Epochis insignirentur. Nam, exem-

pli gratiâ, Abraham natus est anno mundi 2008, hoc

est anno ultimo Jubilæi quadragesimi primi. Vixit annos 175, hoc est tres Jubilæos & quatuor Hebdomadas annorum: vocatus à Deo egreditur Ure Chaldæorum, cum esset natus annos 70, hoc est Jubilæum unum & tres Hebdomadas, sive decem Hebdomadas: & quidem anno ultimo tertiæ Hebdomadis Jubilæi quadragesimi tertii ab orbe condito, circumciditur, & gignit Isaacum anno ætatis suæ 99, hoc est anno primo tertii Jubilæi. Isaac natus est anno mundi 2108. hoc est anno primo quadragesimi quarti Jubilæi à rerum conditu. Jacob vixit annos 147, hoc est tres præcise integros Jubilæos. Fugit ad Labanem & servire incipit anno ætatis suæ 78, hoc est in fine undecim Hebdomadam. Servit Labani annos 14, hoc est duos Hebdomadas. Ducit uxores suas Leam & Rachelem, incipitque ex Lea *τεκνογονειν* anno ætatis 85, hoc est initio sextæ Hebdomadis secundi Jubilæi, sive anno primo Hebdomadis decimæ tertię: anno verò mundi 2253, nascitur illi Ruben ipsius primogenitus, in fine quadragesimi sexti ab orbe condito Jubilæi. Redit ex Syria ad patrem anno ætatis 98, hoc est in fine duorum Jubilæorum. Moses denique vixit annos 120, hoc est duos Jubilæos & tres Hebdomadas. Moritur in fine quinquagesimi secundi ab orbe condito Jubilæi. Commorantur Israelitæ in Ægypto annos 210, hoc est quatuor Jubilæos & duas Hebdomadas. Postremò à nato Abrahamo ad ingressum Israelitarum in Chanaan anni sunt 540, hoc est undecim Jubilæi, ita ut Israelitæ ingressi sint in terram sibi promissam anno primo duodecimi Jubilæi post natum patrem suum Abrahamum, anno autem 470. post factam Abrahæ terræ illius promissionem, hoc est anno primo quintæ Hebdomadis decimi Jubilæi. Quæ omnes numerorum, sive Jubilæorum, & Hebdomadam

cum rebus gestis *συμψηται* non videntur esse fortuitæ, neque sine aliqua mystica significatione, imò sunt à sapientissima Dei providentia sic administratæ, & faciunt ad calculi nostri confirmationem, qui si falsus esset, non tot, tamque insignes, ejusmodi temporum *συμψηται* in eo invenirentur. Talem Hebdomadam & Jubilæorum observationem non temerè invenias in historia quæ præcessit, ab orbe condito ad natum usque Abrahamum, sed similem videre licet in historia, quæ Israelitarum ingressum in terram Chanaan secuta est usque ad Christum & gentis Judaicæ rejectionem, quum templum & tota eorum resp. cultusque Mosaicus à Romanis est eversus. Quamplurima sunt etiam in tota historia sacra, quæ per quadragenarium tum annorum, tum dierum, numerum administrata sunt. Ut ex gratia, tempore Diluvii pluit per 40. dies. Ibidem corvus emittitur quadragesimo, postquam juga montium cœperunt apparere, die. Isaac ducit uxorem anno ætatis 40. Moses annos natus 40, fugit ex Ægypto, post alios quadragesima annos redit in Ægyptum, & populum Israeliticum liberat: in fine tertii quadragenarii obit natus annos 120, hoc est ter quadragesima annos. Errant Israelitæ, & commorantur in deserto annos 40. Moses in monte Sinai cum Deo manet bis quadragesima dies. Exploratores terram Chanaan explorant dies 40. Mansiones Israelitarum in deserto numerantur 40. Hothniel judicat Israelem annos 40, fuitque primus eorum judex. Ahod verò secundus Judex, annos bis quadragesima. Debora & Barac itidem annos 40. Gedeon totidem, Philistæorum oppressio fuit annorum 40. Heli judicat annos 40. Samuel & Saul conjunctim annos totidem David primus Israelitarum Rex, regnat annos 40. Salomon totidem, Joas denique totidem.



TABULA VI.

Complectens historiam ab Exodo, ad Salomonis usque mortem  
sive divisionem regni decem tribuum & Juda.

| Anni ab ingressu in Chanaan. |                                                                                        | Anni Ab Exodo. | Anni iudicaturæ vel oppressionis. | Anno mundi.                |
|------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------|----------------|-----------------------------------|----------------------------|
| 1                            | <sup>a</sup> Ingressus Israelitarum in terram Chanaan                                  | 41             |                                   | 2549 <sup>incun-</sup> te. |
| 6                            | <sup>b</sup> Bella in ea terra gesta sunt per sexennium                                | 46             | 6                                 | 2254 <sup>excun-</sup> te. |
| 7                            | <sup>c</sup> Κληρονομία retræ annum unum duravit                                       | 47             | 1                                 | 2555 ex.                   |
| 15                           | <sup>d</sup> Oppressio Israelitarum per Cuschan                                        | 55             | 8                                 | 2563 ex.                   |
| 55                           | <sup>e</sup> Hothniel, primus Judicum, obiit                                           | 95             | 40                                | 2603 ex.                   |
| 73                           | <sup>f</sup> Oppressio per Eglon, sive Moabitas                                        | 113            | 18                                | 2621 ex.                   |
| 153                          | <sup>g</sup> Ahod, mortuus est                                                         | 193            | 80                                | 2701 ex.                   |
|                              | <sup>h</sup> Samgar                                                                    |                |                                   |                            |
| 173                          | <sup>i</sup> Oppressio per Jabin, sive Chanaanæos                                      | 213            | 26                                | 2721 ex.                   |
| 213                          | <sup>k</sup> Debora, & Barac, obiit                                                    | 253            | 40                                | 2761 ex.                   |
| 220                          | <sup>m</sup> Oppressio Madianitarum                                                    | 260            | 7                                 | 2768 ex.                   |
| 260                          | <sup>n</sup> Gedeon                                                                    | 300            | 40                                | 2808 ex.                   |
| 263                          | <sup>o</sup> Abimelech, obit                                                           | 303            | 3                                 | 2811 ex.                   |
| 286                          | <sup>p</sup> Tholah, obit                                                              | 326            | 23                                | 2834 ex.                   |
| 308                          | <sup>q</sup> Jair, obit                                                                | 348            | 22                                | 2856 ex.                   |
| 326                          | <sup>r</sup> Ammonitarum oppressio                                                     | 366            | 18                                | 2874 ex.                   |
| 332                          | <sup>s</sup> Jephthe, obit                                                             | 372            | 6                                 | 2880 ex.                   |
| 339                          | <sup>t</sup> Ibsan, obit                                                               | 379            | 7                                 | 2887 ex.                   |
| 349                          | <sup>u</sup> Elon, obit                                                                | 389            | 10                                | 2897 ex.                   |
| 357                          | <sup>x</sup> Habdon, obit                                                              | 397            | 8                                 | 2905 ex.                   |
| 397                          | <sup>y</sup> Philistinorum oppressio                                                   | 437            | 40                                | 2945 ex.                   |
| 417                          | <sup>z</sup> Samson, obiit                                                             | 457            | 20                                | 2965 ex.                   |
| 457                          | <sup>a</sup> Heli, obiit                                                               | 497            | 40                                | 3005 ex.                   |
| 497                          | <sup>b</sup> Samuel, & Saul, mortuus est                                               | 537            | 40                                | 3045 ex.                   |
| 537                          | <sup>c</sup> David, mortuus est                                                        | 577            | 40                                | 3085 ex.                   |
| 577                          | <sup>d</sup> Salomon, obiit                                                            | 617            | 40                                | 3125 ex.                   |
| 540                          | <sup>e</sup> TEMPLUM extrui coeptum est an. 4. Salom. ineunte, & absolutum est an. 11. | 580            | 7                                 | 3088                       |
| 547                          | itidem ineunte, per totos 7 an. absolutum                                              | est A.         | M.                                | 3096 <sup>incun-</sup> te. |

PROBATIO ANTECEDENTIS  
TABULÆ VI.

Tabulâ quintâ annus Exodi conjectus est in annum mundi exeuntem 2508. cui addendi sunt anni quadraginta commorationis Israelitarum in deserto. Sic incidit ingressus Israelitarum in terram Chanaan, in

annum mundi 2549, ineuntem, & 41. ab Exodo, itidem ineuntem.

<sup>b</sup> Bella à Josua in Chanaan gesta esse per sexennium ante κληρονομίαν, sic demonstratur. Caleb initio

κληροχίας dicit, Jos. 14. 7. 10. se natum fuisse annos 40, quum à Mose missus fuit, unà cum Josue, ad explorandam terram Chanaan, uti narratur Numer. 13. (hoc autem factum fuit initio anni secundi post Exodum, ut patet ex Numerorum 10, vers. 11, 12. & 13. 3. & 33. 18.) nunc verò ait se natum esse annos 85, atque annos effluxisse 45, ab illa missione ad tempus κληροχίας, quo hæc Josuæ dicebat. His 45. annis addendus est annus unus, qui fuit ab Exodo ad illam Exploratorum missionem, sic fiunt anni 46. ad initium κληροχίας. ex quibus si tollas annos 40. commorationis Israelitarum in deserto, restant anni sex, quibus bella gesta sunt à Josua adversus Chanaanæos. Itaque anni septimi initio cœpta est fieri κληροχία, anno mundi 2555. ineunte.

Κληροχία annum unum circiter duravit, quod colligi potest ex ejus historia. Nam primò sorte attributa est hæreditas duabus tribubus cum dimidia, nimirum tribui Judæ, & Ephraim, tum dimidiæ tribui Manasse, nam alteri dimidiæ tribui Manasse fors obtigerat ultra Jordanem unà cum tribubus Ruben, & Gad. Divisio illa facta tribui Judæ, Ephraim, & dimidiæ Manasse narratur Josuæ cap. 14, 15, 16, & 17. Deinde, conveniunt Israelitæ in Silo (Jos. 17. 18.) quia restabant adhuc septem tribus, quibus hæreditas erat assignanda. Missi sunt itaque ex Silo homines, qui totam terram Chanaan peragrarent, tabulamque ejus geographicam describerent, quod eertè paucis diebus non potuit confici. Illis demum regressis κληροχία est absoluta. Ad hæc omnia conficienda vix minùs anni spatium opus fuit. Sic sunt ab orbe condito ad κληροχίαν absolutam anni 2555, hoc est annorum Hebdomades 365, quot sunt nimirum in anno Solari dies naturales, 24. horarum: Jubilæi autem sunt præcisè 52, ad ingressum ulque Israelitarum in terram Chanaan, in qua bellum sub duce Josua gesserunt per annos sex, septimo autem quieverunt, fortitione terræ factâ. Unde liquet Jubilæorum & annorum Sabbathicorum caput & initium accersendum, & inchoandum esse ab ingressu Israelitarum in terram illam. Porò istæ numerorum συγκυρία cum re gesta omnino non videntur esse fortuitæ, & à casu, sed à Dei consilio, ejusque Sapientia, per quam omnia facit in numero, pondere, & mensura. Sic enim Israelitæ terram illam sibi pararunt bello per tot annos gesto, quot annis Deus volebat terram illam ab ipsis coli quot diebus volebat hominem laborare atque operari, à bello verò quieverunt, & possessione terræ illius tranquillâ fructi sunt, fortitione terræ factâ, eo anno, quo terram Deus lege sua jubebat quiescere, quo die hominem volebat à labore & servili omni opere cessare, scilicet septimo: nempe bella illa fuerunt veluti labor quidam Israelitarum, quo terram illam sibi pepererunt, fuerunt veluti cultura quædam terræ illius, qua eam subegerunt, ac veluti vomere injecto ararunt eam & excoluerunt, incolis ejus vel ejectis, vel interfectis, tanquam totidem rubis & sentibus avulsis & extirpatis. Κληροχία autem fuit illis veluti gravissima quædam quies à labore suo, & ab operosa illa cultura. Missi sunt autem in possessionem terræ illius præcisè post 65 annorum Hebdomadas, hoc est in fine anni veluti sacri cujusdam, & magni, qui nimirum constat tot annorum Hebdomadibus, quot Solaris annus constat diebus; nam ut dierum Hebdomas est velu-

ti dies quidam sacer, semper in se recurrens, sic annorum Hebdomas veluti annus quidam sacer, itidem semper in se recurrens. Itaque spatium annorum 2555, quod constat 365. Hebdomadalibus annorum, est veluti annus, quidam magnus Propheticus ac divinus in cuius fine Deus populum suum misit in possessionem terræ ipsi promissæ, quieremque illi dedit ab antecedentibus laboribus suis, non secus atque homines toto ano laborant, & vacant culturæ terræ, ac tandem in fine anni messe, & vindemiâ peractâ, collectisque terræ frugibus, iis quierè fruuntur. Vel, si cui libet calculum aliter constituere, & annum magnum tot velit constare annis, quot annas Solaris constat diebus, nempe 365. inveniuntur sic ab orbe condito ad possessam terram Chanaan, anni magni septem, singuli constantes 365. annis. Sic nempe fuerit ab orbe condito ad possessam illam terram Hebdomas integra annorum magnorum, quorum singuli constant tot annis, quot annus constat diebus, scilicet 365, id quod maximam Dei sapientiam redolere videretur. Aliud hic etiam est considerandum, quòd nimirum à rerum initio ad ingressum in terram Chanaan tot sunt præcisè Jubilæi (nempe 52.) quot sunt dies in septima anni Solaris parte, nam septies quinquaginta duo faciunt 364. Jubilæorum itaque illorum numerus facit septimam magni illius anni, de quo modò diximus, partem, id quod aliud est Dei sapientiæ (secundum quam pleraque omnia sacra per septenarium numerum ducuntur) argumentum. Atque eandem illam Dei sapientiam decuit, ut post illum nubilæorum à condito mundo elapsorum numerum, Jubilæorum & annorum Sabbathicorum in lege à se instituta, observatio caput & initium fumeret, ab eo temporis articulo quo populum suum in terræ ipsi promissæ possessionem misit. Quæ omnes συγκυρία videntur mirum in modum confirmare hunc nostrum à condito mundo annorum calculum. Sed & aliud rursus hic est observatione dignum, quòd nimirum populus ille Dei typicus & carnalis atque umbratilis missus est in possessionem hæreditatis terrestri, atque typicæ & umbratilis, in fine Hebdomadæ cujusdam magnæ & sacre annorum, quæ nimirum constat septem annis magnis, quorum singuli constant 365 annis; sic populus Dei verus ac spiritualis, fideles nimirum omnes atque Electi quotquot sunt, & futuri sunt ab orbe condito ad ejus finem, mittendi sunt in possessionem veræ & æternæ hæreditatis, cælestisque Chanaan in fine majoris cujusdam Hebdomadæ sacre. Nam si vera est domus Eliæ (quam vocant) antiqua traditio, in Judæorum scriptis mox post Christi tempora longè celebratissima, de duratione mundi, *Duo millia annorum תורה inane, duo millia annorum תורה Lex, duo millia annorum גאולה redemptio per Messiam, postea verò finis.* Mundus secundum eam duraturus est sex annorum missa; quæ traditio & à Judæis & à Christianis confirmatur allegoricâ istâ indagatione, quòd nimirum mundus tot annorum millibus duraturus sit quot diebus creatus est, nimirum sex, quia scilicet *apud Deum mille anni sunt sicut dies unus, & dies unus sicut mille anni.* Deinde, in primo Geneleos verticulo (in quo narratur mundi creatio) *In principio Deus creavit cælum & terram, litera α aleph, quæ est*

alphabeti prima littera, & mille significat, sexies præcise occurrit, non pluries. Quemadmodum ergo Deus creando, atque è nihilo res educendo operatus est sex dies naturales, septimo autem quievit, seu cessavit ab opere, quæ prima est omnium physica septimana, sic mundum providentiâ suâ conservando, sustinendo ac regendo operaturus esse videtur sex dies magnos, adeoque omnium maximos, & ut ita dicam, divinos, quia mille anni coram eo sunt veluti dies unus, septimo autem die, qui est omnium longè maximus, utpote in æternum duraturus, quiesceret ab omni suo opere, & quietem dabit longè maximam populo suo, quo cum in æternum regnaturus est, hæc est Hebdomas longè maxima, cujus sex priores dies constant singuli mille annis, qui Deo sunt tanquam dies unus, ultimus autem ejus dies Sabbathismum æternum populo Dei à Christo paratum continet.

<sup>d</sup> Jud. 3. 8. Cuschani dicitur oppressisse Israelitas **שבעים שנה** *annos octo*, quod non est ita accipiendum quasi statim post peractam *κληρονομίαν* cœperit illos servitute premere. Nam Jud. 2. 6, 7. aperte dicuntur Israelitæ adhæsisse Domino quamdiu vixit Josue & Seniores, qui post eum prodixerunt dies suos. Itaque sic reddi potest locus ille, *Et servierunt Israelitæ Cuschani anno octavo*, nimirum post *κληρονομίαν*, uti alibi non raro numerus *cardinalis* ponitur pro *ordinali*. Vel dicuntur Israelitæ serviisse Cuschani octo annos, quia servitutis illius finis incidit in octavum *ἀπὸ τῆς κληρονομίας* annum exeuntem. Josuæ quidem mortem commemorat Scriptura Jud. 2. 8. & quot annos natus fuerit quum mortuus est, nempe 110. & quo anno vel ab Exodo, vel ab ingressu in Chanaan, vel à fortitione terræ mortuus fuerit, non meminit. Videtur tamen omnino illa collocanda in octennio isto, non enim serviissent Israelitæ Cuschani vivente Josua, ac verisimile est eum mox post *κληρονομίαν* occubuisse, cum enim sortiretur terram dicitur gravis ætate valde Jos. 13. 1. Oratio autem ab eo habita Jos. 23. & 24. habita est mox post *κληρονομίαν*, & paulò ante obitum suum, qui statim post habitam illam orationem narratur.

<sup>e</sup> Jud. 3. versu 2. terra dicitur quievisse annos quadraginta post devictum ab Hothniële Cuschane, statimque narratur Hothnielis mors; unde colligitur Hothniëlem judicasse Israelem annos 40. & inchoandos esse annos illos 40. à devicto Cuschane, in fine octo annorum præcedentis servitutis sub Cuschane. Cum itaque anni illi octo servitutis desierint in anno mundi 2563. exeunte, ab Exodo verò 55. & indidem cœperint anni 30. Judicaturæ Hothnielis, sequitur annos illos 40. desinere in anno mundi 2603, ab Exodo verò 95.

<sup>f</sup> Jud. 3. 14. Moabitæ Eglone duce dicuntur oppressisse Israelitas, eosque serviisse Eglone annos 18. qui si addantur annis mundi 2603. quo anno contigit mors Hothnielis, incidet finis hujus oppressionis, & initium Judicaturæ Ahod in annum mundi 2621. ab Exodo verò anno 113.

<sup>g</sup> Jud. 3. 30. Post victoriam Ahod de Moabitibus reportatam, dicitur terra quievisse per annos octoginta, qui inchoari debent ab initio Judicaturæ Ahod, hoc est ab anno mundi 2621. ac proinde terminari in anno mundi 2701. exeunte, ab Exodo verò 193.

<sup>h</sup> Porro quia Schamgaro Scriptura nullos attribuit annos Judicaturæ ipsius, videtur omnino ejus Judicatura comprehendi in annis illis octoginta præcedentibus, quibus terra dicitur quievisse. Nisi quis malit Judicaturam ipsius includi in annis servitutis, quæ Jabin dicitur oppressisse Israelitas, uti id colligi posse videtur non absurdè ex Judic. 5. 6.

<sup>i</sup> Jud. 4. 3. Jabin dicitur oppressisse Israelitas annos viginti, qui inchoandi sunt à morte Ahod, sive à fine annorum octoginta præcedentium, & terminandi in victoriâ de Sisera à Barac & Debora reportatâ, quæ propterea incidit in annum mundi 2721, ab Exodo 213.

<sup>j</sup> Jud. 5. 31. dicitur terra quievisse annos quadraginta post devictum & interfectum Sisera, subactoque Chananæos. Itaque terminandi sunt in an. mundi 2761, ab Exodo verò 253.

<sup>m</sup> A fine præcedentium 40. annorum inchoandi sunt anni septem servitutis Israelitarum, quæ dicuntur Jud. 6. 1. serviisse Madianitis: quæ servitus propterea terminanda est in anno mundi 2768. ab Exodo verò 260.

<sup>n</sup> Jud. 8. 28. dicitur terra quievisse sub Gedeone annos quadraginta, qui inchoati ab anno mundi 2768. desinunt in an. mundi 2808. exeunte, ab Exodo verò 300. in morte Gedeonis.

<sup>o</sup> Jud. 9. 22. Abimelech Gedeonis ex concubina filius dicitur judicasse Israelem (seu potius tyrannidem occupasse) per annos tres, qui terminandi sunt in an. mundi 2811.

<sup>p</sup> Jud. 10. 2. Post Abimelechum Tholah dicitur judicasse Israelem annos 23. qui terminantur in an. mundi 2834. exeunte.

<sup>q</sup> Jud. 10. 3. Post Tholah judicavit Israelem Jair per annos 22. qui propterea terminandi in an. mundi 2856. exeunte.

<sup>r</sup> Jud. 10. 8. Hammonitæ dicuntur oppressisse violenter Israelitas **בשנה ההיא** *anno illo, octodécim annos*. Qui anni inchoandi sunt à morte Jairis, hoc est ab an. mundi 2856. exeunte, & terminandi in an. mundi 2874. similiter exeunte, ab Exodo verò 369. Porro illud **בשנה ההיא** reddendum videtur non *in anno illo*, sed juxta LXX. Interp. *ἐν τῷ καιρῷ ἐκεῖνο, in illo tempore*. Nisi quis malit locum illum ita accipere & explicare, ut dicantur Ammonitæ gravius oppressisse Israelitas *anno illo decimo octavo*, (nempe à morte Jairis) quum fecerant annis præcedentibus: unde factum est ut propterea Israelitæ ad Deum clamaverint, qui ad eos misit Jephthem.

<sup>s</sup> Jud. 12. 7. Jephthæ dicitur judicasse, hoc est rexisse Israelem annos sex, qui inchoantur ab an. mundi 2874. exeunte, & terminantur in an. mundi 2880. similiter exeunte. Porro Jephthæ fuit cognatus Segubi patris Jairi, uti colligere est ex hoc capite Judicum, & ex

1. Chron. 2. 21. 22. unde extrui potest hoc stemma.





datum est anno ab Exodo 581 ineunte, id quod palam adversatur verbis Scripturæ, quæ ait (1. Reg. 6. 1.) Templum fundatum esse anno 480 postquam Israelitæ egressi essent ex Ægypto, ita ut annis totis centum superet calculus noster Scripturæ (eo loco) calculum. Verum vel mendum est in illo numero 480 annorum, qui est 1. Reg. 6. 1. vel mendum est in loco Actuum Apostolicorum 13, 20. ubi Deus dicitur dedisse Israeli Judices per annos 450 usque ad Samuelem. Necessè, inquam, est alterutrum horum numerorum esse falsum, non possunt enim simul consistere. Nam si anni sunt 450 à κληρονομία ad initium Samuelis, anni erunt ab Exodo ad fundatum Templum 580, quot nimirum nos hic damus. Nam ad illos 450 annos, addendi sunt 47, qui fluxerunt ab Exodo ad fortitionem terræ, deinde anni 40 Samuelis & Saulis, tum totidem Davidis, & anni præterea tres priores regni Salomonis (fundatum enim fuit Templum anno ejus quarto ineunte) qui omnes anni conficiunt simul 130 annos, qui additi præcedentibus illis 450, faciunt 580. Itaque ex Pauli mente & calculo (Act. 13, 20) Templum fundatum esse oportuit anno ab Exodo 580 exeunte, non verò 480. Quàm autem aptè quadret hic numerus 580 toti historię Judicum, atque annis qui isthic distinctè tribuuntur, tum singulis Judicibus qui rexerunt Israël, tum servituti qua oppressi dicuntur Israelitæ ab hostibus suis, manifestum est hac nostra tabula sexta, nostrisque ad eam notis & demonstrationibus suprâ positis. Quòd si constituantur anni tantum 480 ab Exodo ad fundatum Templum, necesse erit annos servitutis, seu oppressionis Israelitarum includere in annis Judicum, quod est valde absonum, & adversatur planè historię Judicum, quæ distinguit annos oppressionis ab annis Judicis, & quieris, ac distinctè & separatim hos & illos enumerat. Sed ad pleniorè & planiorè hujus nostrę sententię demonstrationem, liber hic excerpta epistolarum ἀμοιβωτικῶν ante annos plusquam 44 de hoc argumento scriptarum apponere. Cùm enim natus annos 25, operam darem S. Theologiæ in Anglia in Academia Cantabrigiensi, inde ad fratrem τὸν μακαρίτην, Jacobum Cappellum venerandæ mihi perpetuò memorię scripti, ac literis de hoc calculo sententiam meam illi aperui, iisdem quibus nunc subnixus rationibus. Ille ad me sic respondit.

JAC. CAPPELLUS LUDOVICO FRATRI  
S. CANTABRIGIAM.

**M**AGNA me voluptate perfudit literarum tuarum prolixitas. Incipiam à questione tua Quisquis Luca verba temeravit, Act. 13. 20. is eo quo tu argumento usus facinus hoc in se admisit, idque ante hos annos circiter 1300. oblitus loci 1. Reg. 6. 1. alioqui eadem audaciâ hunc quoque locum violasset. Sed beavit nos superstitiosa in Codicibus sacros reverentia, quæ παρὰ γράφαις hujusmodi locum non dedit. Anni 40. Philistæa tyrannidis non possunt seorsim numerari, nam etiam Samsonē judicante dominabantur Philistini: videntur illi 40. anni potius in Samsonis obitu desinere, qui Christi typus liberali manu Dei populum suâ morte asseruit. Nec Ammonitæ dicuntur octodecim annos imperasse, sed affixisse Israelitas anno 18. jubilai scilicet,

Sic Jud. 3. 12. & 4. 3 si literam 2 Beth subintelligas, nulla supererit difficultas, dicentur enim Moabiti anno 10, Chananai anno 20. jubilai Israelitas oppressisse, ut aliquot dierum servitus non obset, quò minus terra dicatur quievisse sub Abode octoginta, sub Debra 40 annos. Sic Ezech. 29. 17. Sic in Syracida proœmio subintelligitur jubilai vox. Sic Jerem. 28. 1. & Danielis initio supplenda est vox Hebdomadis. Jubilaos autem rectè Scaliger inchoat ἀπὸ κληρονομίας. Melius, inquam, quàm ego, qui olim à transitu Jardenis eos inchoabam. Sic igitur brevi compendio rem expedi am. Anno κληρονομίας primo Chusan vexat Israelitas annos octo. Anno κληρονομίας nono Hohniel 40. Anno κληρονομίας 49. Abod 80 Anno κληρονομίας 67. Moabiti menses aliquot anno jubilai decimo octavo. Anno K. 129. Debra 40. Anno K. 167. vicesimo jubilai anno Chananai. Anno K. 169. Madianita 7. Anno K. 176. Gedeon usque ad annum quadragesimum, annos, inquam, solidos 39. inchoatos 40. Anno K. 215. Abimelec 3. Anno K. 218. Thola 23. An. K. 241. Jair 22. An. K. 263. (jubileo 10.) Jephie 6 An. K. 269. Ibsan 7. An. K. 276. Elon novem solidos, inchoatos decem. An. K. 285. Haddon 8. An. K. 293. Samson 19. solidos, inchoatos 20. An. K. 312. Heliudem 39. absolutos, imperfectos 40 An. K. 351. Samuel & Saul 40. Samuel igitur præesse cepit annis solidis 350. ἀπὸ κληρονομίας, non 450. Quod etiam probat Davidis stemma, qui decennio post natus est quum atavus ejus Naasson in deserto obierit ante transitum Jardenis: Linea est Naasson, Salmon, Booz, Obed, Isai, David. Hac & reliqua tu ipse expendes, &c. Calend. Febr. 1610.

Ad has fratris literas sic à me tum responsum est.

LUD. CAPPELLUS, JACOBO FRATRI  
S. Sedanum.

**A**CCEPI (Fr colende) 4. Martii literas tuas scriptas Calend. Februarii, quibus nodum quem proposueram solvere modis omnibus tentasti. Sed multa me retinent, ne pedibus adhuc eam in tuam sententiam. Primum ea qua de Judæorum in sacros codices cura & reverentia habes, non infior, diligentia tamen illa non effecit quominus irrepserit in numeris ἀδιόκητων quibusdam in locis dissidium, quod aliquot exemplis facile est demonstrare, 2. Chron. 16. 1. 2. Chron. 22. 2. 2. Chron. 35. 9. 1. Reg. 14. 21. & 2. Chron. 12. 13. (vitium quod in illis locis irrepserit in numeris aliisque pluribus similibus, qui videre voluerit, adeat Criticam nostram sacram, libro ultimo cap. 7.) Si ergo Judæorum diligentia efficere non potuit quin illis in locis (aliisque longe pluribus) irrepserit manifestus in numeris error, quidni potuerit idem contigisse in loco 1. Reg. 6. 1. ut isthic legendum sit 580. Et sanè Josephus lib 8. Antiq. c. 2. exsertè dicit Salomonem Templum condidisse μὲν ἐτη πεντακόσια ἢ ἑννεήκοντα ἢ δύο τῆς ἀπ' Αἰγύπτου τῶν Ἰσραηλιτῶν ἐξ ἡδῆ, μὲν δὲ χίλια ἢ εἰκοσι τῆς Ἀβραάμ εἰς τὴν Χαναανίαν ἐν τῆς μεσοποταμίας ἀφίξεως: nempe si præcedentibus 592. annis addas 430, quot se fluxerunt à prima Abrahami vocatione ex Ur Chaldeorum ad legem datam, juxta Pauli calculum Gal. 3. 17; exsurgent 1022. Ubi

|                      |                       |                             |              | 18            |                           |
| 785                  |                       |                             |              | 19            |                           |
|                      |                       |                             |              | 20            |                           |
|                      |                       |                             | 170          | 21            | 3295                      |
|                      |                       |                             |              | 22            |                           |
|                      |                       |                             |              | 23            |                           |
| 790                  |                       |                             |              | 24            |                           |

9 Joas R. annos 16.

Jeroboam II. R. annos 41.

Interregnum annorum 12.

CHRONOLOGIE S. TABULA VIII.

34

| Anni ab<br>Exodo. | REGES JUDA.                             | Anni<br>Regni. | Anni à morte<br>Salomonis. | REGES ISRAEL. | Anni ab orbe<br>condito. |
|-------------------|-----------------------------------------|----------------|----------------------------|---------------|--------------------------|
|                   |                                         |                |                            | 25            |                          |
|                   |                                         |                | 175                        | 26            | 3300                     |
|                   | z Hazaria qui & Huzzija R.<br>annos 52. | 1              |                            | 27            |                          |
|                   |                                         | 2              |                            | 28            |                          |
| 795               |                                         | 3              |                            | 29            |                          |
|                   |                                         | 4              |                            | 30            |                          |
|                   |                                         | 5              | 180                        | 31            | 3305                     |
|                   |                                         | 6              |                            | 32            |                          |
|                   |                                         | 7              |                            | 33            |                          |
| 800               |                                         | 8              |                            | 34            |                          |
|                   |                                         | 9              |                            | 35            |                          |
|                   |                                         | 10             | 185                        | 36            | 3310                     |
|                   |                                         | 11             |                            | 37            |                          |
|                   |                                         | 12             |                            | 38            |                          |
| 805               |                                         | 13             |                            | 39            |                          |
|                   |                                         | 14             |                            | 40            |                          |
|                   |                                         | 15             | 190                        | 41            | 3315                     |
|                   |                                         | 16             |                            |               |                          |
|                   |                                         | 17             |                            |               |                          |
| 810               |                                         | 18             |                            |               |                          |
|                   |                                         | 19             |                            |               |                          |
|                   |                                         | 20             | 195                        |               | 3320                     |
|                   |                                         | 21             |                            |               |                          |
|                   |                                         | 22             |                            |               |                          |
| 815               |                                         | 23             |                            |               |                          |
|                   |                                         | 24             |                            |               |                          |
|                   |                                         | 25             | 200                        |               | 3325                     |
|                   |                                         | 26             |                            |               |                          |
|                   |                                         | 27             |                            |               |                          |
| 820               |                                         | 28             |                            |               |                          |
|                   |                                         | 29             |                            |               |                          |
|                   |                                         | 30             | 205                        |               | 3330                     |
|                   |                                         | 31             |                            |               |                          |
|                   |                                         | 32             |                            |               |                          |
| 825               |                                         | 33             |                            |               |                          |
|                   |                                         | 34             |                            |               |                          |
|                   |                                         | 35             | 210                        |               | 3335                     |
|                   |                                         | 36             |                            |               |                          |
|                   |                                         | 37             |                            |               |                          |
|                   |                                         | 38             |                            |               |                          |
| 830               |                                         | 39             |                            |               |                          |
|                   |                                         | 40             | 215                        |               | 3340                     |

Interregnum longissimum annorum 22.  
à morte Jeroboami.

x Zacharias R. sex menses.  
# Schallum R. mensem 1.  
Menachem R. annos 10.



*Nota ad præcedentem Tabulam  
VIII.*

QUIBUS ILLA CONFIRMATUR  
ATQUE COMPROBATUR.

**E**X septima Tabula liquet, Salomonem obiisse anno ab Exodo 617. Mundi verò 3125. exeunte: itaque Roboam & Jeroboam cœperunt regnare anno ab Exodo 618, mundi verò 3126. ineunte. Utrumque autem simul cœpisse regnare liquet ex historia sacra: Roboamum autem regnasse annos 17, Jeroboamum verò 22, patet ex 1. Reg. cap. 14. 20, 21. Porro annos à schismate decem Tribuum medios constituimus inter annos regum Juda & Israel, ut quo quisque anno ab illo schismate regnarit planum sit: utque annorum illorum series sit veluti catena quædam, ad quam religari atque revinciri possit historia utriusque regni.

<sup>b</sup> 1. Regum 15. Abijam dicitur regnare cœpisse anno decimo octavo Jeroboami, atque annos regnasse tres. Unde liquet Roboamum annos 17 totos regnasse, siquidem Roboam & Jeroboam cœperant simul regnare.

<sup>c</sup> 1. Reg. 15. 9. Afa dicitur cœpisse regnare anno vigesimo Jeroboami, scilicet exeunte, ita ut annus ejus primus respondeat vigesimo primo Jeroboami; quod hinc liquet, quia primus annus Nadabi, qui patri Jeroboamo successit, coincidit cum secundo Afæ exeunte.

<sup>d</sup> 1. Reg. 15. 25. Nadab dicitur cœpisse regnare anno secundo Afæ, & regnasse annos duos. Bahascha autem 1. Regum 15. 35. dicitur cœpisse regnare anno Afæ tertio. Quæ ut quadrent, dicendum est Jeroboamum non regnasse totos 22. annos, sed partem tantum aliquam vigesimi secundi (ita ut longè maxima pars anni primi Nadab coincidat cum majore parte anni secundi Afæ; ) Nadabum etiam non totos duos annos regnasse, sed annum unum cum parte aliqua (ut inchoatus annus numeretur pro integro & absoluto seu completo, quod est in hac Regum historia solemne, ) sic nempe fiet ut primus Bahaschæ annus coincidat cum longè maxima parte anni tertii Afæ.

<sup>e</sup> Bahascha 1. Reg. 15. 35. dicitur cœpisse regnare anno Afæ tertio, scilicet ineunte (uti modò proximè præcedente nota *d* est demonstratum, ) regnasse autem annos 24. scilicet non totos, sed partem duntaxat vigesimi quarti.

<sup>f</sup> 1. Reg. 16. 8. Ela dicitur cœpisse regnare anno vigesimo sexto Afæ, atque regnasse annos duos. Zimri autem qui successit Elæ, eo interfecto, regnavit tantum dies septem. Homri verò qui interfecit Zimri, dicitur cœpisse regnare anno Afæ 28. Unde dicendum Bahascham non regnasse totos 24. annos, qui illi tribuuntur; sed duntaxat 23. cum exigua parte vigesimi quarti. Sic fiet ut primus Elæ annus coincidat cum 26. Afæ, & secundus cum 27. atque ita primus Homri annus coincidat cum 28. Afæ.

<sup>g</sup> 1. Reg. 16. 21. Homri interfecto Zimri dicitur regnasse cum Tibni; populus nempe dicitur fuisse divisus tum in duas partes, quarum altera sequebatur

Homri, altera verò sequebatur Tibni. At non dicitur quamdiu simul regnarint, sed id colligitur ex versu 23. ubi dicitur Homri cœpisse regnare anno trigesimo primo Afæ; quod necessario intelligendum est, quum cœpit regnare solus, nam Zimri interfectus est ab eo sub finem anni 27. vel initio 28. Afæ (uti liquet ex nota præcedente) Regnavit itaque unà cum Tibni annos totos tres, qui respondent annis 28, 29, & 30. Afæ. Quod autem ibidem Homri dicitur regnasse annos 12, bifariam potest accipi, nimirum vel de annis totius regni, quod cœpit à morte Zimri, vel de regno quod cœpit post mortem Tibni, anno trigesimo primo Afæ. Si hoc posteriore modo accipiatur, sequetur Achabum ejus filium unà cum patre regnasse annos quinque; si priore verò modo accipiatur, tum una cum patre regnaverit tantum biennium.

<sup>h</sup> 1. Reg. 16. 29. Achab dicitur cœpisse regnare anno Afæ 38. in quem incidit undecimus Homri, ab interfecto Zimri, annus. Quòd si 12. duntaxat annos Homri regnavit post cædem Zimri, biennium tantum cum eo Achab regnaverit; si verò duodecim illos annos solus regnavit à 31. Afæ anno, quo dicitur cœpisse regnare, tum Achab cum patre regnaverit annos quinque.

<sup>i</sup> 1. Reg. 22. 41. Josphat dicitur patri Afæ successisse, & regnare cœpisse anno Achabi quarto, scilicet exeunte, ita ut primus regni ipsius coincidat cum quinto Achabi, ultimo verò Homri, si Homri quindecim annos regnavit post interfectum Zimri.

<sup>k</sup> Cum 1. Reg. 15. 52. Achazia rex Israel dicatur cœpisse regnare anno Josphati 17, & regnasse annos duos, & 2. Reg. 3. 1. Ioram ejus filius dicatur cœpisse regnare anno Josphati decimo octavo, planum inde fit, primo Achabum Achaziam patrem non totos 22. annos regnasse, sed duntaxat 21. & particulam vigesimi secundi. Deinde Achaziam non totos duos annos regnasse, sed unum duntaxat cum parte secundi. Tertio eum aliquandiu cum patre regnasse, alioqui non posset annus primus Iorami (qui Achaziam interfecit, & regnum supra eum usurpavit) incidere in annum 18. Josphati. Duo itaque anni Achaziam concurrunt cum vigesimo primo & vigesimo secundo Achabi patris, & cum decimo septimo & decimo octavo Josphati. Quod autem Joram dicitur cœpisse regnare anno 18. Josphati, hoc intelligendum est de anni illius fine atque extremo, ita ut annus primus Iorami totus pæne concurrerit cum 19. Josphati, alioqui primus Jorami regis Judæ annus non concurreret cum quinto, sed cum sexto Iorami regis Israelis anno.

<sup>m</sup> 2. Reg. 8. 16. Joram rex Juda dicitur cœpisse regnare anno quinto Iorami regis Israel, quod fieri non potest nisi primo triennium cum patre Josphato regnaverit, deinde nisi primus Iorami regis Israel annus coincidat pæne totus cum decimo nono Josphati anno, uti liquet ex præcedente nota, atque ex hac Tabula.

<sup>n</sup> 2. Reg. 8. 24. Achazia dicitur cœpisse regnare anno Iorami regis Israel duodecimo, & annum regnasse unum. Iehu autem 2. Reg. 20. 36. dicitur cœpisse regnare anno primo Achaziam, is autem est qui Achaziam una cum Ioramo rege Israel interfecit. Itaque necesse est octavum, seu ultimum Iorami regis Juda annum regni

regni Achaziae concurrere cum duodecimo Ioram regis Israel anno, & cum initio regni Jehu: quod ut fiat, dicendum Ioramum regem Juda, non totos octo annos, neque Achaziam annum totum, sed anni partem aliquam duntaxat, ut sic primus Jehu annus concurrat cum primo Athaliae anno, quae ubi vidit filium Achaziam à Jehu interfectum, tyrannidem (extinctâ totâ sobole regiâ) occupavit in Juda, eodem quo Jehu in Israele momento.

° De initio regni Jehu & Athaliae dictum est modo præcedente nota m.

P 2. Reg. 12. 1. Joas dicitur coepisse regnare anno Jehu septimo post interfectam Athalam. Cum itaque Jehu & Athalia coeperint simul regnare, planum est eam regnasse totos sex annos.

q 2. Reg. 13. 1. Jehoachaz dicitur patri Jehu successisse in regnum anno Joasi vigesimo tertio, unde liquet Jehu totos 28. annos regnasse solum.

r 2. Reg. 13. 10. Joas rex Israel dicitur coepisse regnare anno Joasi regis Juda trigesimo septimo, quod fieri non potest, nisi ponatur regnasse unâ cum patre Jehoachaz circiter triennium.

s 2. Reg. 14. 1. Amatzia dicitur coepisse regnare anno secundo Joasi, unde sequitur eum cum patre Joaso regnasse itidem circiter triennium, anno nimirum regni patris sui 38, qui concurrat cum Joasi regis Israel anno secundo,

t 2. Reg. 14. 23. Ieroboam II. dicitur coepisse regnare anno 15. Amatziae. regnasse annos 41.

u 2. Reg. 15. 1. Hazaria sive Hazija dicitur coepisse regnare anno Ieroboami 27. regnasse autem annos 52: cum ergo Ieroboam coeperit regnare sub finem anni 15. Amatziae, uti ex præcedente nota constat, sequitur annum Amatziae 29. seu ultimum coincidere cum 14. vel 15: anno Ieroboami, quod confirmatur ex 2. Chron. 25. 25. ubi dicitur Amatziam vixisse post mortem Joasi annos quindecim, hoc est 14. integros cum parte decimi quinti. Itaque si Hazaria coepit regnare anno Ieroboami 27. necesse est inter finem regni Amatziae & initium Hazariae intercessisse interregnum annorum 12. Nempe fortè Hazaria fuit valde infans quum pater ipse obiit, unde factum ut dum adoleveret regnum administratum fuerit à Prorege aliquo, vel à summo Pontifice cum Synedrio, annos nempe natus erat 16. cum coepit regnare, quare annos tantum 4. natus fuisse videtur, quum Amatzia pater obiit. Et sanè tale quid innui videtur 2. Chron. 26. 1. cum post conspirationem factam contra Amatziam, ejusque caedem, dicitur totus populus Juda coepisse Hazariam & constituisse eum regem in locum patris sui, nempe ubi adolevit Hazaria, qui à patre relictus fuerat valde infans. Itaque vel interregnum hic statuendum est, vel pro anno Ieroboami 27. legendum est 17. aut verò 15: Cur autem non existimem quidquam in lectione ille esse mutandum, dicitur postmodum, quum demonstrabitur quo anno à Schilmate, sive Salomonis morte, eversa fuit Ierosolyma, Templum incensum, & Iuda migravit in captivitatem.

x 2. Reg. 15. 8. Zacharias Ieroboami filius dicitur coepisse regnare anno Hazariae 38, unde necesse est ut quandoquidem annus Ieroboami ultimus concurrat

cum anno Hazariae 14. (siquidem Hazaria coepit regnare anno Ieroboami 27.) interregnum fuerit longissimum annorum 24, inter Ieroboami mortem & Zachariae filii ipsius inaugurationem. Quod sanè mirum non injuria videri possit in regno illo Israelis, seu decem Tribuum, in quo solebant homines regni cupiditate moti reges suos interficere. Verùm considerandum hîc est, Deum 2. Reg. 10. 30. pollicitum fuisse Jehu regnum pacarum & tranquillum ad quartam usque ipsius generationem; fieri itaque potest ut Zacharias fuerit Ieroboami patris filius posthumus, atque interim dum adolevit regnum per Proregem fuisse administratum. Quòd autem inaugurationis ejus dilata fuerit usque ad annum ætatis 24. hinc fortè est: Primùm quòd ea est ætas quâ solent homines per naturam & leges civiles esse capaces rerum gerendarum, muneribus publicis defungendi, & propria bona & possessiones, atque familiam administrandi & procurandi: quantò magis ea requiritur ad regni & reip. ipsius administrationem? Deinde quòd fortè mente & sensu atque prudentiâ minùs valeret, ut ante illam ætatem regni curam susciperet. Cur autem 2. Reg. 15. 8. nolimus sollicitare lectionem, & mutare annum Hazariae 38 in 18. vel 15. eadem est ratio cur interregnum admittimus inter Amatziam & Hazariam ejus filium.

u 2. Reg. 15. 13. & 17 dicitur Schallum interfecisse Zachariam postquam regnasset sex menses, ipsum autem Schallum mox à Menachem fuisse interfectum anno Hazariae 39. Unde liquet regnum Zachariae & Schallum concurrere cum anno Hazariae 38.

x 2. Reg. 15. 23. Pechakia filius Menachem dicitur post mortuum patrem coepisse regnare anno Hazariae 50. Unde sequitur interregnum fuisse anni unius vel duorum inter finem Menachem & initium Pechakia.

y 2. Reg. 15. 27. Pekach dicitur conspirasse adversus Pechakiam. eumque interfecisse, & ejus loco regnare coepisse anno 52. sive ultimo Hazariae; ac proinde annus primus Iothami, qui patri Hazariae successit, concurrat cum anno secundo Pekachi, uti legitur etiam 2. Reg. 15. 32.

z De regni Iothami initio vide præcedentem notam.

a b c Achazum unâ cum patre Iothamo annos septem vel octo regnasse sic colligitur. 2. Reg. 16. 1. Achaz dicitur coepisse regnare anno Pechaki 17. Capite autem sequente versu 1. Hofeas, qui Pechakum interfecit, ejusque loco regnavit, dicitur coepisse regnare anno Achazi duodecimo. Si Achaz cum patre non regnavit, sed post patris mortem duntaxat regnare coepit, certè cum Iothami annus ultimus concurrat cum Pechaki anno 17. (uti ex præcedente notâ planum est, Achaz ejus filius coeperit regnare anno duntaxat Pechaki 17, uti dicitur 2. Reg. 16. 1.) atque ita Hofeas coeperit regnare anno Achazi non 12. sed quarto vel quinto. Itaque ut hæc concilientur, dicendum est, Achazum cum patre Iothamo regnasse septem vel octo annos, sic enim annus ejus primus concurrat cum decimo Pechaki, & nono patris sui Iothami; sic etiam annus 1 Hofeae incidit in 12 Achazi annum, ex quo cum patre coepit regnare, uti liquet ex Tabula. Postea verò defuncto patre Iothamo regnare coepit solus anno Pechaki 17. Porro quum 2. Reg. 15. 30. Hofeas dicitur coepisse re-

gnare anno Jothami vigesimo, hoc sic est accipiendum, ut dicatur Hofeas cœpisse regnare anno post Jothami inaugurationem vigesimo, quod cum præcedentibus pulchrè convenit, & ad eorum confirmationem facit; nam ultimus seu 15 Jothami annus concurrat cum 17 Pechaki, ac proinde primus Hofeæ annus (qui est quartus post 17 Pechaki, siquidem Pechak regnavit 20 annos) est vigesimus post Jothami inaugurationem.

<sup>d</sup> 2. Reg. 18. 1. Ezechias dicitur cœpisse regnare anno Hofeæ tertio, unde consequens est eum cum patre regnasse triennium, aut paulò plus quam biennium. Regnavit enim Achaz annos 16: anno autem ejus duodecimo regnare cœpit Hofeas, cujus annus tertius (quo Ezechias dicitur cœpisse regnare) concurrat proinde cum Achazi anno decimo quarto.

<sup>e</sup> Ex præcedente nota liquet Ezechiam regnasse cum patre triennium: cum itaque 2. Reg. 18. 1. dicatur regnasse annos 29, sequitur eum solum post patris mortem regnasse annos viginti sex.

<sup>f</sup> 2. Reg. 18. 9. dicitur Schalmanes rex Assyriæ ascendisse contra Samariam, eamque obsedisse anno quarto Ezechia, septimo verò Hofeæ, captam autem fuisse anno nono Hofeæ, sexto verò Ezechia post trium annorum obsidionem. Itaque incidit finis regni decem Tribuum in annum à Schismate 255, (ita duravit Schisma illud quinque Jubilæos & decem annos, sive sexqui-Hebdomadam cum quinque Jubilæis) in annum autem ab ingressu in Chanaan 832, vel 833, (hoc est in fine decimi-septimi Jubilæi) in annum verò ab orbe condito 3380, vel 3381, hoc est, in fine 69 Jubilæi à rerum initio. Itaque statim post eversam Samariam, & cessatum Schisma, cœpit septuagesimus ab orbe condito Jubilæus, & decimus octavus ab ingressu in Chanaan. Quæ *συγκυρία* non sunt proculdubio fortuitæ, sed à sa-

pietissima Dei administratione, neque parum hunc nostrum calculum confirmant. Sed & aliæ Jubilæorum & Sabbathicorum annorum *συγκυρία* notandæ veniunt in hac Regum Juda & Israelis historia, non secus atque in præcedenti Judicum & primorum Regum totius Israelis historia similes observavimus *συγκυρία*. Primum ergo Jeroboami (qui primus Schismatis & regni decem Tribuum fuit auctor) & Nadabi ejus filii regnum desinit in anno sexcentesimo ab ingressu Israelitarum in terram Chanaan, hoc est anno Jubilæi 13. Abijam filius Roboami incipit regnare anno ab ingressu in terram Chanaan 595, hoc est anno ultimo Hebdomadis 85, sive in fine primæ Hebdomadis Jubilæi 13. Josaphat piissimus Rex cœpit regnare anno à capite Jubilæorum (sive ab ingressu in terram Chanaan) 638, hoc est anno primo Hebdomadis 92, sive anno primo Jubilæi 14, anno autem ab orbe condito 3186 exeunte, hoc est anno primo Hebdomadis 456, sive anno primo Jubilæi 66. Joram rex Israel regnare cœpit anno mundi 3205, hoc est in fine Hebdomadis 458, initio numerandi sumpto à rerum conditu, anno autem à Schismate 80, sive bis quadragesimo. Jehoachaz anno à Schismate 120 sive ter quadragesimo: Jeroboam secundus anno à Schismate 150, hoc est post tres Jubilæos, & tres annos. Interregnum in Israele primum post mortem Jeroboami secundi cœpit anno à Schismate 190. hoc est anno primo Hebdomadis 28. post cœptum Schisma, duravitque interregnum illud tres Hebdomadas annorum, ac paulò plus. Alterum interregnum unius duntaxat anni, aut paulò plus post mortem Menachem, incidit in annum ab ingressu in terram Chanaan 800, hoc est post 16 Jubilæos, totidémque annos.

## TABULA NONA,

Complectens seriem Regum Juda post eversam Samariam, usque ad incensum Templum Hierosolymitanum sub Sedecia.

| REGES JUDA.    |                   |             |             | REGES JUDA.    |                   |             |             |
|----------------|-------------------|-------------|-------------|----------------|-------------------|-------------|-------------|
| Anni ab Exodo. | Anni a Schismate. | Anni regni. | Anno mundi. | Anni ab Exodo. | Anni a Schismate. | Anni regni. | Anno mundi. |
|                |                   | 7           | 3381        |                | 310               |             | 3235        |
|                |                   | 8           |             |                |                   |             | 33          |
| 875            |                   | 9           |             |                |                   |             | 34          |
|                | 260               | 10          |             | 930            |                   |             | 25          |
|                |                   | 11          | 3385        |                | 315               |             | 36          |
|                |                   | 12          |             |                |                   |             | 37          |
|                |                   | 13          |             |                |                   |             | 38          |
| 880            |                   | 14          |             |                |                   |             | 39          |
|                |                   | 15          |             | 935            |                   |             | 40          |
|                | 265               | 16          | 3390        |                |                   |             | 41          |
|                |                   | 17          |             |                | 320               |             | 42          |
|                |                   | 18          |             |                |                   |             | 43          |

<sup>a</sup> Ezechias.

<sup>b</sup> Hoc anno missus est ad Ezechiam Rabfaces, 2. Reg. 18. 13.

<sup>c</sup> Hoc anno ægrotavit Ezechias morbo gravissimo. 2. Reg. cap. 20.

| REGES JUDA.    |                   |             | REGES JUDA.    |                   |             |
|----------------|-------------------|-------------|----------------|-------------------|-------------|
| Anni ab Exodo. | Anni à Schifmate. | Anni Regni. | Anni ab Exodo. | Anni à Schifmate. | Anni Regni. |
| 885            |                   | 19          |                |                   | 44          |
|                | 270               | 20          | 940            |                   | 45          |
|                |                   | 21          |                | 325               | 46          |
|                |                   | 22          |                |                   | 47          |
|                |                   | 23          |                |                   | 48          |
| 890            |                   | 24          | 945            |                   | 49          |
|                | 275               | 25          |                |                   | 50          |
|                |                   | 26          |                | 330               | 51          |
|                |                   | 27          |                |                   | 52          |
|                |                   | 28          |                |                   | 53          |
| 895            |                   | 29          |                |                   | 54          |
|                |                   | 1           | 950            |                   | 55          |
|                | 280               | 2           |                | 335               | 1           |
|                |                   | 3           |                |                   | 2           |
|                |                   | 4           |                |                   | 3           |
| 900            |                   | 5           | 955            |                   | 4           |
|                | 285               | 6           |                | 340               | 5           |
|                |                   | 7           |                |                   | 6           |
|                |                   | 8           |                |                   | 7           |
| 905            |                   | 9           |                |                   | 8           |
|                |                   | 10          |                |                   | 9           |
|                | 290               | 11          | 960            |                   | 10          |
|                |                   | 12          |                | 345               | 11          |
|                |                   | 13          |                |                   | 12          |
|                |                   | 14          |                |                   | 13          |
| 910            |                   | 15          |                |                   | 14          |
|                |                   | 16          | 965            |                   | 15          |
|                | 295               | 17          |                | 350               | 16          |
|                |                   | 18          |                |                   | 17          |
|                |                   | 19          |                |                   | 18          |
| 915            |                   | 20          |                |                   | 19          |
|                |                   | 21          | 970            |                   | 20          |
|                | 300               | 22          |                | 355               | 21          |
|                |                   | 23          |                |                   | 22          |
|                |                   | 24          |                |                   | 23          |
| 920            |                   | 25          |                |                   | 24          |
|                |                   | 26          | 975            |                   | 25          |
|                |                   | 27          |                | 360               | 26          |
|                | 305               | 28          |                |                   | 27          |
|                |                   | 29          |                |                   | 28          |
| 925            |                   | 30          |                |                   |             |
|                |                   | 31          | 980            |                   |             |

d Manasses regnavit annos 55.

e Amon regnavit annos 2.

f Josias.

Incipit Josias hoc anno require-  
re Deum Israelis.

Hoc anno coepit repurgare Is-  
raelem ab Idololatria.  
Hoc anno coepit Jeremias pro-  
phetare. Jer. i. vers. 1.

Hoc anno Josias reperto libro  
legis celebrat Pascha.

| REGES JUDA.            |                   |                |             | REGES BABYLONIS. |                            |             |              |
|------------------------|-------------------|----------------|-------------|------------------|----------------------------|-------------|--------------|
| Anni à Schil-<br>mate. | Anni ab<br>Exodo. | Anni Regni.    | Anni mundi. | Olympiad.        | Anni ab Ir-<br>be condita. | Anni Regni. | Anni Iphici. |
|                        |                   | 29             |             | 41               |                            |             |              |
|                        | 365               | 30             | 3490        |                  |                            |             | 165          |
|                        |                   | 31             |             |                  | 140                        |             |              |
|                        |                   | 3 <sup>m</sup> |             |                  |                            |             |              |
|                        | 985               | 1              |             | 42               |                            |             |              |
|                        |                   | 2              |             |                  |                            |             |              |
|                        | 370               | 3              | 3495        |                  |                            |             | 170          |
|                        |                   | 4              |             |                  | 145                        |             |              |
|                        |                   | 5              |             | 43               |                            |             | 1            |
|                        | 990               | 6              |             |                  |                            |             | 2            |
|                        |                   | 7              |             |                  |                            |             | 3            |
|                        | 375               | 8              | 3500        |                  |                            |             | 4            |
|                        |                   | 9              |             |                  | 150                        | 44          | 5            |
|                        |                   | 10             |             |                  |                            |             | 6            |
|                        | 995               | 11             |             |                  |                            |             | 7            |
|                        |                   | 3 <sup>m</sup> |             |                  |                            |             | 8            |
|                        | 380               | 1              | 3505        |                  |                            |             | 9            |
|                        |                   | 2              |             |                  | 155                        |             | 10           |
|                        |                   | 3              |             |                  |                            |             | 11           |
|                        | 1000              | 4              |             |                  |                            |             | 12           |
|                        |                   | 5              |             |                  |                            |             | 13           |
|                        | 385               | 6              | 3510        |                  |                            |             | 14           |
|                        |                   | 7              |             |                  | 160                        |             | 15           |
|                        |                   | 8              |             |                  |                            |             | 16           |
|                        | 1005              | 9              |             |                  |                            |             | 17           |
|                        |                   | 10             |             |                  |                            |             | 18           |
|                        | 1007              | 11             | 3515        |                  |                            |             | 19           |
|                        |                   |                |             |                  | 47                         |             | 190          |

*g* Joachas R. 3. menses.  
*h* Jehojakim R. annos 11.

*i* Hoc anno Pharao Necho à Nabuchod. vincitur.

*k* Jehojakim R. 3. menses.  
*l* Sedechias R. annos 11.

*m* Hoc anno obsideri cœpit à Nabuchodonosore Jerusalem. Hoc anno capta & everfa est Jerusalem & Templum incensum.

*i* Nabuchodonozor incipit regnate, & regnat annos 44.



*Nota ad præcedentis Tabula IX.*  
*Confirmationem.*

**E**X præcedente Tabula 8. liquet captam & ever-  
 sam esse Samariam ab Assyriorum rege anno Eze-  
 chie sexto exeunte, sive septimo ineunte: qui annus  
 Ezechie septimus concurrit cum anno à Schismate  
 256. ab Exodo verò 873. ineunte, ab ingressu in Cha-  
 naan 833 ab orbe autem condito 3381. itidem ineunte.  
 In quo desinit 69. ab orbe condito Jubilæus, incipit ve-  
 rò septuagesimus, decimus verò octavus ab ingressu in  
 terram Chanaan. Quæ est insignis atque memorabilis  
 Epochæ, sive *συνουσία*, ut nimirum defecerit regnum  
 Israeliticum in fine 69. ab orbe condito Jubilæi, decimi  
 verò septimi ab ingressu in Chanaan: sic nempe inter-  
 vallum temporis quod fluxit à rerum initio ad initium  
 possessionis illius terræ, quater superat intervallum tem-  
 poris quod fluxit ab initio possessæ terræ ad exilium  
 decem Tribuum, & finem regni illius, nam quater se-  
 ptemdecim faciunt 68. Sic etiam regnum Juda everso  
 Israelitico cœpit stare solum inchoante septuagesimo à  
 rerum initio Jubilæo, & decimo-octavo à possessa  
 terra.

<sup>b</sup> 2. Regum 18. 13. dicitur Senacherib anno Eze-  
 chie decimo-quarto ascendisse adversus omnes muni-  
 tas civitates Juda, easque cepisse, atque inde cum obside-  
 ret Lakis, misisse Rabfakem ad Ezechiam, ut ei insulta-  
 ret, & ad blasphemandum Deum Israelis. Annum au-  
 tem illum fuisse Sabbathicum constat ex Esaja 37. 30.  
 Jam verò ex præcedente nota, & ex hac nostra Tabula  
 constat, annum Ezechie 14. fuisse revera Sabbathicum,  
 utpote septimum Jubilæi decimi octavi; nam septimus  
 Ezechie annus est ultimus decimi-septimi Jubilæi.  
 Fuit nimirum annus ultimus Hebdomadis 120. ab in-  
 gressu Israelitarum in terram Chanaan.

<sup>c</sup> 2. Regum 20. 1. Ezechias dicitur ægrotasse le-  
 thaliter, at non dicitur quo anno: ægrotasse autem an-  
 no regni sui 15. liquet, quia versu 6. Deus per Esajam  
 pollicetur sed additurum quindecim annos vitæ ipsius:  
 regnavit autem annos 29. ergo quatuordecim anni erant  
 elapsi ex quo cœperat regnare, currebat 15. annus, erãt-  
 que annus ille primus Hebdomadis, sive octavus decimi-  
 octavi Jubilæi.

<sup>d</sup> Post Ezechiam Manasses filius eius, optimi pa-  
 tris filius pessimus, omnium regum Juda & Israel im-  
 piissimus, regnat omnium diutissime, annos nimirum  
 quinquaginta-quinque totos, 2. Reg. 21. 1. cœpitque  
 regnare annos natus duntaxat 12: unde planum est,  
 eum non regnasse vivente patre, & susceptum esse à pa-  
 tre post morbum illum lethalem, quo laboravit: cœpit  
 autem regnare Manasses anno à Schismate 279, ab Exo-  
 do 896, desit verò in anno ab Exodo 950.

<sup>e</sup> 2. Reg. 21. 19. Amnon dicitur natus annos 22,  
 quum cœpit regnare, regnasse autem annos duos. Ita-  
 que annus ejus secundus est à Schismate 335. Ac pro-  
 inde Iosias ejus filius cœpit regnare anno à Schismate  
 336.

<sup>f</sup> 2. Reg. 22. 1. Iosias post cædem patris rex à  
 populo constitutus octennis, impii patris filius, impiis-

simi nepos, omnium post Davidem regum fuit piissi-  
 mus; anni regni sui octavo, ætatis verò decimo-sexto,  
 cœpit requirere Deum Israelis, majorumque suorum:  
 anno verò regni sui duodecimo, ætatis vigesimo, cœpit  
 idola, simulachra, lucos & excelsa, totamque præceden-  
 tium regum idolomaniam non ex Juda modò, verùm  
 etiam ex toto Israëlè tollere, everfis aris, altaribus ex-  
 celsis locis, succisis lucis, & contractis atque comminu-  
 tis simulachris in tota terra Israelis, usque ad extremos  
 ejus fines, licet maxima ejus pars regibus Assyriæ subji-  
 ceretur 2. Chron. 24. vers. 1. ad 7. Anno sequenti cœ-  
 pit Jeremias propheterare, Jerem. cap. 1. vers. 1. Anno  
 autem regni 18. ætatis verò 26. cum majorennis esset,  
 expleto nimirum anno ætatis 25. Dei cultum ac tem-  
 plum instaurari jubet, repertòque legis libro fœdus po-  
 puli cum Deo de novo sancit, ac solemne Pascha cele-  
 brat, quale nullum fuerat in Israëlè celebratum à tem-  
 pore, Judicum toto Regum Juda & Israelis tempore  
 2. Reg. 23. 23. Hic annus fuit septimus Hebdomadis  
 centesimæ trigessimæ tertiæ, sive ultimus 19 Jubilæi ab  
 ingressu in Chanaan, sive à capite Jubilæorum; fuit e-  
 nim annus ab ingressu in Chanaan 930 exiens, sive 931.  
 iniens, qui annorum númerus facit præcisè Jubilæos  
 19, Hebdomadas verò 133.

<sup>g</sup> Anno Iosie ultimo, hoc est 31 exeunte, vel 32  
 ineunte & currente Pharaeo Neco Ægypti rex bellum  
 adversus Assyriorum regem moturus juxta Euphratem  
 Ægypto egreditur, contra quem Iosias pugnaturus pro-  
 greditur, frustra monente & hortante Pharaone, ut à  
 pugna & bello absterer. Iraque temeritatis suæ pœ-  
 nas dat, vincitur enim & cadit in pugna. Mortuo Iosia  
 Jerosolymitani, interim dum Pharaeo rebus suis adver-  
 sus Assyrium post istam pugnam prospicit, easque com-  
 ponit, Ioachazum Iosie minorem filium Regem Jero-  
 solymis constituunt annos viginti tres natum, qui pau-  
 cos (tres nimirum) menses in regno mansit. Mox enim  
 Pharaeo rebus suis ad Euphratem, & in Cœlesyria com-  
 positis, veniens Jerosolymam. Ioachazum victum ab-  
 ducit secum in Ægyptum, imposito Judæis tributo, &  
 Joakimo Iosie regis majori filio in Ioachazi locum sub-  
 stituto, qui tributum à Pharaone impositum solvit, fa-  
 ctus Ægyptii regis tributarius, 2. Reg. 24. 29. Porro li-  
 cèt tres duntaxat menses Ioachaz regnaverit, annum  
 tamen integrum statuimus inter 31 Iosie, & primum  
 Joachimi annum, partim quia fortè Iosias paulo plus  
 quàm 31 annos regnavit, menses puta aliquot ultra an-  
 num 31, partim quia cum gravissimus fuèrit de Iosie  
 morte populi luctus, tempus aliquod dandum fuit illi  
 luctui, priusquàm de constituendo alio rege delibera-  
 rent. Fortè in deliberatione tempus aliquod consump-  
 tum fuit, quandoquidem contra jus & fas minor natu  
 constitutus fuit rex, repugnantibus (uti verisimile est)  
 bonis. Sed & post Ioachazi abdicationem à Pharaone  
 factam, & Ioachimi in ejus locum substitutionem, potuit  
 esse aliquot mensium intervallum, interim dum Pharaeo  
 res Judææ componit, eam sibi subjicit, & tributum im-  
 ponit. Cur autem & Joachazo, & Iechoniae integrum  
 annum singulis attribuamus, licet unicuique eorum  
 Scriptura tres duntaxat menses tribuat, causa est, ut an-  
 nus ultimus Sedecie incidat in annum à Schismate 390,  
 quod

quod cur faciamus causam & rationem mox indicabimus, quum eo venerimus.

<sup>h</sup> 2. Reg. 23. 36. Ioakimus, sive Jehojakim, Iosiae filius major natus, annos 25 natus dicitur à Pharaone Necone rex in Ioachazi locum constitutus, annosque regnasse 11. Quod si verum est, necesse est eum natum esse anno aetatis patris sui Iosiae decimo-quinto, ac proinde conceptum anno patris decimo-quarto; & Ioachaz pariter si natus fuit annos viginti tres, quum coepit regnare, natus est anno aetatis patris decimo-sexto. Atque ita coepit Iosias liberis operam dare anno aetatis decimo-quarto, ita ut maturè admodum duos istos suscepit filios, alterum anno aetatis 15, alterum anno 16, quod non videtur satis verisimile, nec regis illius pietati satis convenire. Itaque suspicarer pro 25 legendum esse 15, & pro 23, legendum 13, ut sic nati sint illi, alter quidem anno aetatis patris 24, alter 25, quod magis conveniens est & aetati & pietati illius regis.

<sup>i</sup> Jerem. 25. 1, & 3. Annus 4. Ioakimi dicitur primus annus Nabuchodonozoris, & vigesimus-tertius annus à decimo-tertio Iosiae regis anno, quo primum coepit propheterare Jeremias. Utrumque istud ex hac nostra Tabula liquet, in qua juxta illum Jeremiae locum, primum Nabuchodonozoris annum collocavimus è regione quarti anni Joakimi, qui est vigesimus tertius à decimo-tertio Iosiae exeunte, unde liquet & Iosiam annos totos 31 regnasse, & annum unum intercessisse inter finem Iosiae & initium Ioacimi, alioqui 22 anni duntaxat intercederent inter 13 Iosiae, & 4 Ioakimi. Hoc anno Pharao Neco Rex Aegypti obviam processit in bellum contra Nabuchodonozorem, ac commissum est praelium in Carkemis prope Euphratem, quo in praelio victus, fufus, & interfectus est Pharao, Jerem. 46. 2. Eusebius (uti observat Jac. Cap in Historia sacra & exotica ad annum mundi 3391.) collatis inter se Graecorum & Aegyptiorum monumentis Pharaonis istius Neconis obitum collocat in anno quarto Olympiadis 42. sive anno Iphiti 171, quo vinculo connectitur sic historia sacra cum exotica. Ab aliis autem jam pridem observatum est, quâ Olympiade, & quo Olympiadis anno, sive quo Iphiti anno condita sit Roma. Ac proinde quis ab urbe condita annus concurrat cum hoc 4 Ioakimi anno, nempe 146; Roma quippe condita est ex Tarrutii & Varronis sententia anno secundo sextae Olympiadis, hoc est 22 Iphiti anno. Vide Jac. Cap. in Hist. sacra ad annum mundi 3247. Itaque in Tabula hac nostra error est duorum vel trium annorum in annis Iphiti & Urbis conditae, ita ut annus Iphiti 168, & Urbis conditae 149, collocandus sit è regione anni quarti Ioakimi, qui error à nobis deprehensus est post exstructam Tabulam, nec per otium corrigi à nobis potuit, exstructâ novâ Tabulâ.

Post illam victoriam venit Nabuchodonozor Jerosolymam, eique factus est Ioakimus tributarius circa finem anni quinti sui regni, atque per tres annos Nabuchodonozori servivit (2. Reg. 24. 1.) nimirum sexto, septimo & octavo regni sui anno; verum mox mutato consilio adversus eum rebellavit initio anni regni sui noni, sicque triennium perficit rebellis, quo exacto in fine anni undecimi regni Ioakimi Nabuchodonozor ascendit adversus eam, obsidet Jerosolymam, eamque

capit, & Ioakimum cum nonnullis magnatum, & vasorum sacrorum partè aliqua, abducit Babylonem captivos. Ita capiunt atque interpretantur Ab. Ezra, & R. Saadias locum Dan. 1. 1, 2, ubi dicitur *Nabuchodonosor rex Babel anno tertio למלכותו יהויכיםי regis Juda ascendisse & obsedisse Jerosolymam, Deumque in manusejus tradidisse Jehojakimum regem Juda, & partem vasorum domus Dei, qua Nabuchodonozor tulit Babylonem, & intulit in templum Dei sui.* Ubi rectè observant commentatores illi, annum illum tertium non posse intelligi de anno, qui tertius sit ex quo Jehojakim coepit primum regnare: primò, quia (uti jam mox ex Jerem. 25. 1. observatum est) annus primus Nabuchodonozoris concurrat cum 4 Ioakimi, deinde verò alibi fit mentio anni quinti Ioachimi, qui ergo potuisset abduci captivus Babylonem anno regni sui tertio. Itaque annum tertium exponit R. Saadias, de anno, qui tertius erat ex quo rebellaverat Jehojakim adversus Babylonium. Nam (inquit commentator ille) *anno quarto Ioakimi, qui fuit primus Nabuchodonozoris, subegit Nabuchodonozor Ninivem, anno quinto Ioakimum misit subjugum, qui illi servivit annos tres, nimirum sextum, septimum & octavum, tum rebellavit Ioachimus tres alios continuos annos nempe nonum, decimum & undecimum, in fine triennii illius anno Ioakimi 12. ascendit Nabuchodonozor adversus eum, & captivâ Jerosolymâ Ioakimum abduxit captivum.* Ideo ergo (ex Rabbini illius sententia) annus ille tertius dicitur, quia tertius erat à rebellionem Ioakimi. Alia etiam ratio reddi potest cur dicatur tertius, nimirum quia tertius erat Hebdomadis annus. Modò enim supra ostendimus annum Iosiae 18, quo Pascha celebravit, fuisse ultimum Jubilaei 19 annum, proindeque Sabbathicum, ab illo autem anno ad istum Ioakimi 12 ineuntem, sive 11 exeuntem, anni sunt, ex hac nostra Tabula, 3 hoc est, quatuor Hebdomades cum tribus annis: erat ergo revera tertius Hebdomadis annus. Non autem infrequens est sacris scriptoribus veteris Testamenti, ut Epochas suas notent per annos Sabbathicos, aut Jubilaeos.

Porro quia Jeremiae 22. 19 dicitur de Joakimo, quòd *sepeliendus sit sepultura a fini, & cadaver ejus projiciendum sit extra moenia Jerusalem*, sicut hoc cum isto Danielis loco (in quo dicitur abductus Babylonem tertio sui regni anno) & cum Jerem. 25. 1 (ubi dicitur primus Nabuchodonozoris annus concurrere cum quarto Ioakimi anno) concilietur, Aben Ezra ad istum Danielis cap. 1. 1 locum, ait Nabuchodonozorem primo sui regni anno, sub finem verò tertii Ioakimi regni anni, seu initio quarti, venisse Jerosolymam, eam obsedisse, Ioakimum cepisse & captivum cum aliquòt è magnatibus, ac parte vasorum sacrorum, Babylonem abduxisse, isthucque eum derinuisse in vinculis annum unum, nempe totum quintum Ioakimi annum, tum eo soluto remisisse Jerosolymam, anno Ioakimi sexto ineunte, isthucque Nabuchodonozori Ioakimum servivisse totum triennium, nempe anno 6, 7, & 8, tum per triennium rebellasse, anno nempe 9, 10, & 11, quo exacto Nabuchodonozor, misso exercitu Chaldaeorum, Ioakimum cepit, interfecit, & interfecti cadaver extra moenia insepultum projici curavit; moxque Iechoniam, seu Iehojakin, ejus filium in ejus locum substitutum, post

pōst tres menses imperii, captivum abduxit Babylonem. Atque ad id confirmandum adducit Ab. Ezra locum 2 Chron. 36.6. ubi dicitur Nabuchodonozor duplici catena aëtea vinxisse Joakimum להוליכו ut abduceret eum Babylonem, tum & Dan. 1.2. Tradidit Deus in manum ejus (Nabuchodonozoris) Ioakimum regem Judæ, & aliquot vasa domus Dei ויביאם & adduxit ea in terram Scinbar in domum Dei sui. Verum cum Scriptura nullibi commemoret Joakimum fuisse in Babylonia captivum annum unum, posteaque à Nabuchodonozore Jerosolymam remissum esse, neque fiat verisimile Nabuchodonozorem voluisse eum vinculis solvere, & Jerosolymam Babylone remittere, cumque ad eò Jerem. 35.9. notetur, Joakimum anno regni sui quinto delictatum fuisse in regio palatio; simplicius est dicere, Nabuchodonozorem post victum & fugatum Pharaonem anno regni sui quarto, cum reliquam anni illius, & primam quinti partem insumpisset in subjienda Phœnicia, Palæstina, Ammonitide, Moabitide, Idumæa, & fortè etiam Cœlesyria, sub finem anni quinti Joakimi venisse Jerosolymam, & Ioakimum fecisse tributarium, qui illi servierit totos tres annos, 6, 7, & 8: postea rebellasse per tres annos, nempe 9, 10 & 11, quibus exactis venit Nabuchodonozor Jerosolymam, eam obsedit Ioakimum cepit, in vincula conjecit abducendum Babylonem, sed mox fortè morbo, vel alio casu oppressum, indignum judicasse sepulturâ, ac cadaver insepultum projecisse extra mœnia Jerusalem, juxta Jeremiæ Prophetiam, De hac secunda Nabuchodonozoris expeditione, non de priore intelligendus venit locus Dan. 1.1. ubi non dicitur Ioakimus abductus esse Babylonem, sed tantum traditus in manum Nabuchodonozoris, de vasis duntaxat sacris dicitur, quod Nabuchodonozor ea intulerit in terram Schinbar, in domum Dei sui. Annus autem ille à Daniele dicitur, tertius למכות regni Ioakimi, quia (uti suprâ dictum est) tertius erat ex quo rebellarat, & regnare tanquam liber cœperat, non amplius est tributarius: nam antea Regi Ægypti primùm servierat à quo constitutus fuerat rex, deinde Nabuchodonozori; sed anno demum 9, 10, & 11, liber & immunis ab omni tributo & servitute regnare cœperat, sic omnia illa Scripturæ alioqui ἐναντιοφανῆ, loca facilè & commodè conciliantur.

Cæterum hinc occasionem cepisse videntur nonnulli (Jac. Capp. in Hist. sacra) aliud comminiscendi, nimirum Nabuchodonozorem, vivente ac jubente patre Nabopolassare, venisse in Judæam anno Ioakimi secundo, Ioakimum illi statim manus dedisse, & obsequium pollicitum esse, atque utcunque præstitisse per annos duos, sed tertio rebellasse, unde factum ut Nabuchodonozor post fusum Pharaonem Neconem, anno regni Ioakimi quinto, venerit Jerosolymam, eam obsederit, Ioakimum Babylonem abduxerit (cum aliquot è magnatibus & vasis sacris) captivum, Sallumum Ioakimi fratrem regno administrando præfecerit, interim dum Iechonias Ioakimi filius (qui vix tum erat anniculus, quum pater est captivus Babylonem abductus) adolefceret. Ioakimum autem miserum, exulem, extorrem vixisse Babylone annos sex, usque ad finem anni undecimi, ex quo fuerat à Pharaone Rex constitutus.

Auditâ ejus morte Ierolimitanos Iechoniam ejus filium octennem, Regem renunciasse, quod, quia injussu Babylonii factum fuerat, improbavit ille factum, missoque exercitu Iechoniam, cum magnatum magna parte & sacris vasis, abduxit Babylonem. Atque captivitatis Babylonicæ initium arcessunt ab illo quinto Ioakimi anno, quo volunt eum fuisse Babylonem deportatum. Sed multa gratis & commode dicuntur ab illius sententiæ auctoribus. Nam primò nullibi in Scriptura dicitur Nabuchodonozor ascendisse contra Ioakimum anno ipsius secundo; nam locus 2. Reg. 24.1. quem ad suæ sententiæ confirmationem adducunt, non memorat annum Ioakimi secundum, sed in genere tantum dicitur בַּיָּמַי in diebus illius ascendit Nabuchodonozor, quod tam de quinto (secundum Ab. Ezra. Saadiæ, & nostram sententiam) quàm de secundo Ioakimi anno intelligi potest, atque ad eò debet. Secundò, nullibi Scriptura meminit captivitatis illius sexennalis Ioakimi. Deinde, si eò abductus fuisset captivus, ibique mortuus exul & extorris, Scriptura non tribueret illi regnum annorum 11, sed quinque duntaxat; siquidem (ex eorum sententia) captivus fuit abductus sub finem anni quinti regni sui, sequentes sex annos Scriptura tribuisset non Ioakimo, sed vel Sallumo, quem proregem volunt substitutum, vel Iechoniam Ioakimi filio. Ac frigidum est dicere, misero, exuli, extorri, captivo Ioakimo regium nomen conservatum esse, Sallumo, vel Iechoniam revera regnanti Ierolimymis denegari. At cum Babylonio animus non esset Ioakimum Babylone Jerosolymam remittere, quid opus erat Sallumum proregem constituere? Quidni Sallumum regem constituisset, quemadmodum mox, abducto Iechonia, Sedeciam regem constituit? Ac quamvis Iechonias diu Babylone vixerit, & post Nabuchodonozoris mortem vinculis solutus ab Evilmerodaco inter amicos & regni proceres receptus sit, Scriptura tamen non tribuit ei plures regni annos (vel menses potius) quàm quot reapse Ierolimymis imperavit. Cur ergo Ioakimi regno tribueret annos illos sex, quos (ex eorum sententia) Babylone miser, exul, extorris & captivus vixit? Causa certè nulla est idonea, cur fieri id debuerit 3. Quod de Sallumo prorege dicunt, gratis ab eis dicitur, nec favet eis perperam ab ipsis intellectus locus Jerem. 22, 11, quem adferunt, sic ait Dominus אֱלֹהֵי שָׁלוֹם Salummo, nam (ut rectè observat Ab. Ezra ad locum Dan. 1, 1) Sallum isthic est Ioachaz, qui binominis fuit, quiq; à Pharaone Necone fuit in Ægyptum captivus abductus, de quo Jeremias sic loquitur eò loci, vers. 10. Nolite flere mortuum, (Josiam nempe de quo magnus fuit populi luctus) sed flere eum, qui abiit (Ioachazum nempe.) non enim revertetur amplius, neque videbit terram suam natalem; mortuus est nimirum in Ægypto, quò eum abduxit Pharaon. Sic enim ait Dominus אֱלֹהֵי שָׁלוֹם de Sallumo (אל pro על uti passim alibi) filio Josie regis Judæ המורא qui regnavit loco Josie patris sui, is qui אֵיזֵי egressus est de loco isto, non revertetur isthuc amplius (nempe Ioachaz.) Nam in loco quò deportarunt eum isthic morietur & terram istam non videbit amplius. Atque hæc non Sallumo, sed de Sallumo (hoc est Ioachazo) dicit Propheta; tum ad Ioakimum

fratrem ejus conversus, v. 13. *Va* (inquit) *tibi* (Joakimo) *qui domum adificas absque justitia, &c.* id quod liquet ex versu 18. *Propterea dicit Dominus* יְהוָה *Joakimo (vel de Joakimo) filio Josia regis Iuda, non plangent eum, &c. Sed sepelietur sepultura asini, &c.* Denique de Iechonia Ioakimi filio, dicit vers. 22, *Vivo ego, inquit Dominus, quia etiamsi esset Conja (hoc est Iehojachin) filius Jehojakim regis Iuda, annulus in dextra mea, si hinc eum detraherem, &c.* Nihil ergo hinc cogit ut Sallumum proregem fingamus, qui post Ioakimum regnum administravit, cum Sallum iste sit Ioachaz, uti fuse ostendit Ab. Ezra Comment. ad Danielelem 1. 1. Sic ergo ostensum est Ioakimum totos undecim annos regnasse, tum verò à Nabuchodonozore captum, & regno vitæque privatum esse.

<sup>k</sup> Capto & mortuo Ioakimo post regnum undecim annorum, filium octennem Iechoniam ei substituit, 2. Chron. 36. 6, 7, 8. Cujus facti videretur mox pœnituisse Nabuchodonozor, veritus (uti Kimhi ad 2. Reg. 24. observat) ne exemplo patris Ioachimi rebellaret, malis aulicorum consiliis inductus, atque persuasus. Itaque anno post Ioakimum debellarum exacto, cum paucos tantum menses (tres scilicet & dies 10 regnasset Iehojachin, (qui idem est Iechonias) præmilit Nabuchodonozor ante se servos suos cum exercitu, ad obsidendam Ierofolymam, moxque ipse eò venit, cui se tradidit Iehojachin cum urbe ipsa, anno Nabuchodonozoris octavo (2. Reg. 24. 12) scilicet exeunte, cœperat nempe primus Nabuchodonozoris annus sub finem anni 4 Joakimi, ita ut primus Nabuchodonozoris annus concurrat maxima ex parte cum quinto Ioakimi, 2. Reg. 24. 8. Iehojachin dicitur natus annos 18, cum cœpit regnare: at 2. Chron. 36. 9. dicitur natus annos duntaxat 8. Multi se fatigant frustra in conciliandis locis illis. Nihil simplicius videtur quàm ut dicamus lectionem, quæ est 2. Chron. 36. 9. meliorem esse, depravatam verò & corruptam videri eam quæ est 2. Reg. 24. 8. (atque in Critica nostra varia produximus exempla depravatæ lectionis in numeris in hodierno textu Hebræico.) Suprà modò ostendimus non videri Ioakimum, natum fuisse annos 25, cum à Pharaone constitutus fuit Rex in fratris Ioachazi locum, sed annos duntaxat 15, (subductis decem ex 25.) quia alioqui sequeretur genitum fuisse anno ætatis patris Josiæ 14. quod non videretur convenire pietati regis illius: atque sic videri etiam ioachazum natum esse annos tantum 13, (non verò 23) quum cœpit regnare; propter eandem cum præcedente causam. Quod si verum est, sequitur necessariò Iechoniam octennem tantum fuisse quum cœpit regnare, alioqui genitus fuisset à patre Ioakimo, anno ætatis suæ septimo vel octavo, quod per naturam fieri non potest. At si dicatur octennis Iehojachin, pater cum genuerit anno ætatis 18. Quòd si dicatur Ioakim natus annos 25, quum cœpit regnare, & Iechonias ejus filius natus annos 18, quum itidem cœpit regnare, susceptum eum esse à patre necesse est, quum natus esset annos 18. Si enim 25 annis ætatis Ioakimi addas 11 annos quibus regnavit, mortuus fuerit Ioakim anno ætatis 36, vel 37, à quibus si detrahas 18 annos quos dicitur natus Iehojachin cum cœpit regnare, liquebit natum eum fuisse anno ætatis paternæ 18.

Porro cum deportatio quæ facta est ultimo Joakimi anno, (de qua Dan. 1. 1.) eadem pæne fuerit cum illa quæ facta est sub Iechonia, inde arcessendum omnino videtur initium septuagenariæ captivitatis Babylonicæ: sed ea de re plenius ad sequentem Tabulam decimam dicetur.

<sup>k</sup> Nabuchodonozor diffusus humili nimium Iechoniæ ætati, & malis matris ipsius atque aulicorum consiliis, abducto cum matre Iechonia, & præcipuis aulicis, atque magnatibus, principibusque viris, atque præpotentibus, unà cum eximiis artificibus, relictaque in urbe infima pæne tantum plebecula יְהוּדָה uti loquitur Scriptura, 2. Regum 24. 14, 15, 16) Sedeciam (Josia filium, Iechoniæ patrum, Mattaniam prius dictum) jurejurando fidelitatis prius ab eo exacto, reliquis Judæis præfecit. Verum Sedecias fide fracta mox perjurus ad Ægyptium defecit, fœdere cum eo inito. Qua de causa Nabuchodonozor anno regni Sedeciae nono positis castris Ierofolymam obsidet. Anno sequenti (qui fuit ab ingressu in Chanaan, seu à capite Iubilæorum & Hebdomadum, 966, ac propterea Sabbathicus, nempe ultimus Hebdomadis 138) Pharao ope Sedeciae laturus, exercitum educit ex Ægypto, quo cognito Nabuchodonozor solvit obsidionem, & obviam Pharaoni procedit: Pharao metuens cum Nabuchodonozore confluere, exercitum in Ægyptum reducit. Unde Nabuchodonozor redit ad Ierofolymæ obsidionem, quam tandem anno Sedeciae 11. exacto, seu 12 ineunte capit, incendit, templum cum urbis mœnibus, & domibus, atque ædibus & palatiis, evertit, ferro flammæque vastat omnia, populumque abducit Babylonem captivum cum ipso Sedecia, quem oculis orbatum & duplici catenâ aereâ vinctum eò deduxit, filii in conspectu ipsius necatis. Annus iste quo capta est civitas, dicitur, Ezech. 33. 21. *annus duodecimus captivitatis nostræ, est nempe revera duodecimus à deportatione facta sub Ioakimo, unde liquet Ezechielem deportatum fuisse cum Daniele, & sociis, anno Ioakimi, non verò anno quinto (uti putavit Jac. Capellus frater meus, ο μάρτυρ.) nam ab anno quinto Ioakimi usque ad captam sub Sedecia Ierofolymam, anni sunt minimum 18. Sic planum fit, incensum esse templum, regnumque Judæicum eversum annis post Schisma cœptum à Salomonis morte 390, quod omnino innuisse & voluisse videretur Deus per Ezechielem cap. 4. versu 5, ubi jubet Deus Ezechielem dormire in latus suum sinistrum dies 390, pro numero annorum iniquitatis Israel, annos enim illos terminandos esse in Ierofolymæ obsidione atque expugnatione, liquet ex capitis initio, ubi jubet urbis Ierofolymæ obsidionem pingere in tabula. Factum autem id fuit à Propheta anno quinto regni Sedeciae, sive à captivitate Iechoniæ, uti liquet ex cap. 1. 3. quo anno videtur Sedecias defecisse à Babylonia ad Ægypti regem, per annos tres vel quatuor, usque ad annum nonum, quo Nabuchodonozor positis castris Ierofolymam obsedit. Deus ergo anno illo Prophetæ apparet, prædicit Ierofolymæ obsidionem paulo post futuram, innuitque ænigmaticè quoto à Schismate anno capiendâ ea esset, nempe 390. Hoc enim vult eo loci Deus, domum Israelis totam cœpisse iniquè adversus Deum agere statim à Schismate, quo divisit se Israel à domo Davidis, atque ab*

eo tempore, iniquitatem eorum tam diu durasse, quam diu duravit regnum Juda, ad captam & everfam usque à Chaldæis Jerosolymam, per annos 390, in cuius rei signum jubetur Propheta dormire in latus suum sinistrum dies 390, *dedit enim (inquit) tibi annos iniquitatis eorum pro numero dierum, nimirum dies 390.* Ad 40 autem dies quod attinet, quibus jubetur Propheta dormire in latus suum dextrum, ad ferendam iniquitatem domus Juda, videtur omnino duo significare, nimirum primò quadraginta annos, qui præcesserunt hanc templi & urbis, regnique Judaici everfionem, quibus postremis 40 annis mensuram scelerum & iniquitatis suæ cumularunt: quorum 40 annorum initium sumendum esse videtur, vel ab anno, quo cœpit Jeremias prophetare, qui fuit decimus-tertius Josiæ annus, à quo ad incensum Templum anni sunt 42; vel à 18 Josiæ anno, in quo reperto Legis libro, fœdus Dei cum populo renovavit, atque cultum ejus & templum instauravit, à quo anno ad everfam urbem anni sunt 38. Et si enim Josias tum maximè pietatem suam erga Deum prodiderit, & videri posset populus ille ab idololatriis & superstitionibus suis maximè repurgatus; tamen revera nunquam fuit populus ille clam, intus, in corde, atque ad eum etiam (quum per suos reges licuit) publicè, omni generi idololatriæ, & abominandarum superstitionum magis pertinaciter addictus, uti ex Jeremiæ & Ezechielis prophetiis liquere potest; nunquam major quàm tum, morum fuit corruptio, nunquam omne scelerum, flagitiorum, vitiorum genus magis in gente illa viguit: unde factum ut Dei patientia diutius eorum peccata ferre non potuerit. Nemo etenim Prophetarum severè magis magisque exertè populum illum redarguit, & Dei imminetia, atque capiti illius impedenntia horrenda judicia prænunciavit quàm Jeremias, qui singulariter à Deo fuit ab ipso utero separatus, & quasi sanctificatus, ad munus Propheticum, qua in re Christi etiam fuit typus singularis. Nemo inter reges Juda à Schismatis tempore, majore cum zelo atque animi sinceritate & integritate cultui Dei repurgando atque instaurando incubuit, quàm Josias, qui & ea in re Christi etiam typus fuit illustris. Attamen & illa Prophetæ Jeremiæ, & hujus piissimi Regis opera frustra fuit erga populum illum, qui propterea non destitit à suis abominationibus, propter quas tandem in exilium Babylonicum deportatus fuit. Non est autem cur quis moveri debeat, propter duos vel tres annos, qui in numero isto quadragenario, vel abundant vel deficient ex nostro illo calculo: norum enim est quàm sæpe non modo ab aliis, verùm etiam à sacris ipsis scriptoribus numerus integer, plenus & rotundatus (uti loquuntur) ponatur pro defecto & fracto. Sed et si quis rem ad vivum refecare velit, invenientur præcisè 40 anni à Josiæ Paschate ad plenam Judæorum deportationem, quæ non fuit tum quum templum & urbs incensa à Chaldæis fuere, sed biennio post, quum Nabuchodonozor Ægyptum subegit, Judæosque isthic fugitivos (quosque illic, post cædem Godoliæ ab Ismaele factam, abduxerat Johanan filius Kareah, Jerem. 43.) partim interfecit, partim in Babyloniam abduxit, juxta Jeremiæ prophetiam cap. 44. Hoc autem factum est anno Nabuchodonozoris 21, uti refert Josephus Antiquitatum libro

10, cap. 10, hoc est, biennio post everfam Jerosolymam, fuit enim illa incensa à Nabuchodonozore anno regni sui 19. Alterum quò respexisse, quòdque innuere voluisse videtur Deus per hos 40 dies, sunt anni 40, qui fluxerunt à Christi baptismo ad eversum templum, & incensum Jerosolymam à Tito Vespasiano; id quod contigit anno à Christo nato 70; unde si detrahas annos 30, quor natus fuit Christus, quum est baptizatus, restabunt 40 à Christi baptismo ad hoc postremum Judæorum exilium, miserandamque captivitatem. Jam verò nunquam major fuit gentis illius perversitas, atque in Deum contumacia, & obstinatio, quàm per annos illos 40 postremos Reipublicæ suæ. Tum enim Deus ad eos Christum, filium suum dilectissimum & unigenitum, Prophetarum caput & principem, Jeremiã longè superiorem, ac Regem summum, qui eos ad se, tum ipse viva voce, dum in terris fuit, tum per Apostolos, vocavit, à lege ad Evangelium revocavit, vitam & salutem æternam proposuit, fœdus novum, Evangelicum, cum ipsis pangere voluit, spiritualem Dei cultum, abolito legali & umbratili instaurare inter eos conatus est, Phariseorum meritis & operibus (quibus populus ille mirum in modum delectabatur) tanquam totidem spurcissimis inquinamentis, & Deo execrandis abominationibus valere jussis. At illi, patribus similes, renuerunt audire, ocluserunt aures, obfirmarunt cor, indurarunt cervicem, Christum vocantem respuerunt, Dei filium, immò Deum gloriæ cruci affixerunt, Apostolos ejus ubique terrarum ad mortem usque persecuti sunt; unde factum ut ira Dei in eos ad summum pervenerit, 1. Thess. 2. 16. Quis in Judæis à Jeremiæ & Josiæ tempore ad exilium usque Babylonicum, expressam non videat imaginem ejusdem gentis à Christi baptismo ad everfam à Romanis eorum rempublicam, & politiam totam? Utrobique summa & horrenda fuit, atque manifesta populi illius perversitas, depravatio, contumacia, incredulitas, infidelitas, cordis obfirmatio; utrobique severissimum Dei in gentem illam judicium, in templi, cultus & politiæ everfione, gentis diuturno exilio, & miseranda captivitate; utrobique per Dei servos Prophetas admonitio, adhortatio, minæ, invitatio, vocatio; idque utrobique per annos quadraginta; atque utrobique omnia ista frustra à Deo ad gentis illius in malo suo obstinatissimæ emendationem adhibita. Quis itaque jam meritò ambigat per 40 istos dies Ezechieli à Deo in hac prophetia præscriptos, Deum innuere voluisse 40 illos annos, qui præcesserunt utrumque gentis, urbis, religionis, & reipublicæ illius excidium? hæc enim 40 annorum iniquitas, propria est domus Juda, non communis decem tribuum. Judæi enim qui Christi tempore in Judæa fuerunt, cum ex reducibus à captivitate Babylonica essent, propriè fuerunt ex tribu Juda & Benjamin, (pauci ac pœne nulli ex aliis tribubus) quæ eò abductæ fuerant à Nabuchodonozore captivæ, quæ que solæ regnum Juda, ab Israelis seu decem tribuum regno post Jeroboami schisma, distinctum constituebant. Ista prophetiæ illius explicatio longè planior, simplicior & convenientior videtur, quàm quæ ad hunc Ezechielis locum afferuntur à Judæorum commentatoribus Jarchi & Kimchi, adeoque etiam ab Hieronymo ipso, quorum

explicationes & longè sunt petitiæ, & malè rei ipsi quadrant, nec annorum numerus & calculus quem ineunt consentit.

His ita constitutis, atque uti viderur pæne demonstratis, nimirum templum & urbem à Chaldæis everfa esse, anno Ieroboami Schismate 390, ab Exodo 1007, ab orbe condito 3515, hinc liquet primò, regnum Judaicum à Salomonis morte durasse octo Iubilæos, nam 392 anni faciunt præcisè Iubilæos octo: modò autem monuimus plenam Judæorum deportationem atque captivitatem factam esse biennio post templum & urbem everfam, quum Nabuchodonozor Ægyptum subegit, quod factum anno regni ipsius 21. A prima autem Saulis in regem inauguratione anni sunt 490, sive decem præcisè Jubilæi; addantur enim ad 390, anni Salomonis 40, Davidis totidem, Saulis verò 20, (nam suprà ex Samuele 7. 2. ostendimus videri planè verisimile ex annis 40, quos Paulus Actor. 13. 11. tribuit Sauli, viginti esse Samueli soli tribuendos, totidemque Saulis regno) sunt sic 250 anni, sive 70 annorum Hebdomadæ, quibus stetit in univèrsum regnum Judaicum, quot nimirum Daniel tribuit Reipublicæ Judaicæ ab ejus constitutione post solutam captivitatem Babylonicam, usque ad Christum. Secundò, templum à dedicatione sua à Salomone facta, ad ejus everfionem stetit annos 420, hoc est annorum Hebdomadæ sexaginta, sive Iubilæos octo cum quatuor Hebdomadibus annorum, nam ad annos 390 addantur triginta ultimi Salomonis anni (templum enim ab eo perfectum & dedicatum fuit anno regni sui decimò) sunt anni 420, quibus stetit prius illud templum; tabernaculum autem Mosaicum, quod exstructum fuit mox post egressum Israelitarum ex Ægypto, ad exstructum usque & dedicatum templum Salmonicum stetit (ex sententia nostra suprà demonstrata) annos 587, hoc est 24 Hebdomadæ, sive annos 167 diutiùs quàm ipsum templum Salmonicum: id quod carnis sensui, & humanæ prudentiæ, atque mundanæ sapientiæ adversatur, quæ existimaret magnificentissimam illam, & longè solidissimam, atque gloriosissimam templi structuram, debuissè longè esse diuturniorem, exigua & debili tabernaculi mobilis & versatilis, ex ligno duntaxat, lana, bysso, & pellibus constantis structura. Verùm sapientiam divinam id maximè decebat, quæ respicit ea, quæ hominum oculis vilia, contempta, humilia, & abjecta videntur: ea verò quæ alta, superba, & gloriolâ nobis videntur, quibusque gloriamur, superbimus, & insolefcimus, (uti Judæi templo illo suo longè magnificentissimo) Deus maximè negligit & contemnit. Judaica gens tabernaculum Mosaicum, tanquam humilem nimis & abjectam, cælique numen (quod ab ipsis colebatur) minùs decentem structuram quodam modo contemnebant, voluerunt magnificentiorè multò & splendidiorè Dei sedem (templum nimirum) habere in medio sui, non amplùs mobilem & versatilem sicuti tabernaculum, sed firmam, stabilem, immoram, æternùm (uti arbitrabantur) duraturam, quod satis exertè prodidissè videtur David, cum ex sensu (uti viderur) carnis & humanâ prudentiâ, consilium de ædificando templo primùm cepit, & Nathani Prophetæ aperuit: *Ecce, inquit, ego habito in do-*

*mo cedrinis laquearibus ornata, Arca autem Domini habitat sub pellibus, &c.* Indignum nempe putabat Dei numine & gloria, quòd Arca ejus sedes, in tam humili & vili esset tabernaculo, pelliceo nimirum: cogitat magnificentiorè multò exstruere illi ædem, itaque se Deo quodam modo sapientiorè censeret, qui tam se indignam & humilem sedem delegerit, atque exstruere sibi per Mosè jufferit, cum longè magnificentior eum deceret. Quam Davidis occultam cogitationem Deus per Nathanem postera die castigavit, cum illi objicit, *A die, qua populus meus ex Ægypto egressus est an ulli Judicum, quibus ego jussi ut eum pascerent, dixi: Cur non exstruxistis mihi domum cedrinam? imò verò de loco in locum, & de tabernaculo in tabernaculum ego cum Israele incessi, atque progressus sum. Tu (inquit) domum mihi non exstrues.* Tum eum monet de spiritali domo per Christum exstruenda, cujus typus duntaxat esset materialis illa, licèt magnificentissima, à Davidis filio Salomone post Davidis obitum, ædificanda, quasi dicat: Tu putas tabernaculum Mosaicum jussu meo exstructum, sedem esse Majestatis meae indignam, utpote humilem nimis & vilem, cogitas verò magnificentiorè, meque longè digniorè ædem mihi exstruere: ego verò materialibus istis, licèt splendidissimis, ædificiis non capior, & si illis delectatus essem, jam pridem Judicibus, qui populum meum rexerunt, dedissem in mandatis ut talem, quæ me deceret, domum magnificentissimam exstruerent: at ego id non feci, sed contentus fui tabernaculo illo, jussu meo exstructo, quod tibi adeò vile & humile & Majestate mea indignum viderur, quia nimirum istis externis rebus non capior: sed è posteris tuis exurget olim aliquando aliquis, qui domum verè meo numine dignam mihi exstruet, cujus typus & umbra tantùm erit magnifica illa (quam tu cogitas mihi ædificare) domus lapideæ, quam propterea nolo à te, sed a filio ex te orituro, exstrui. Deus ergo pro sapientia sua tabernaculum, quod Judæi tanquam humile nimis & abjectum numinis habitaculum arbitrabantur, majoris fecit, ac providentiâ suâ durabilius effecit templo illo splendido, quod ipsi tantopere admirabantur, ac de quâ tam magnificè sentiebant, & gloriabantur, quasi æternum esset futurum, nec passus est tabernaculum (uti de templo factum est) igne, ferro & flammâ hostili absumi, sed potiùs in melius & gloriosius quid commutari exstructo templo, & in ejus locum substituto voluit.

30. Ab Exodo, hoc est, à fine unius & omnium celeberrimæ servitutis, usque ad captivitatem Babylonicam, hoc est, usque ad initium captivitatis & servitutis alterius haud paulò minùs celebris, fluxerunt sic anni mille, cum una annorum Hebdomadæ; quod sanè convenit cum illa Dei sapientia, secundum quam omnia in numero, pondere & mensura facit, & administrat; sic nempe per annos illos mille ligatus veluti fuit, & quasi carcere conclusus Satan, Dei verò populus liber & sospes fuit. Sic sub N. Test. Satan in Apocalypsi proponitur tanquam ligandus & carcere concludendus per annos mille, Ecclesia verò Dei tanquam per id tempus summo otio, atque tranquillitate fruitura, ita ut alterum alterius videatur omnino fuisse typus & umbra.

Nam

A CAPTIVITATE usque ADEVERSUM TEMPLUM.

Nam in fine horum mille annorum congregatus est Satan Gog & Magog in bellum adversus Ecclesiam Dei, quæ in tantum adducetur periculum, ut non nisi igni cœlitus demisso (hoc est, ratione planè admirabili & inexpectatâ) liberanda sit, cujus rei typus & imago etiam fuit Captivitas Babylonica, & populi Judaici ab ea liberatio; populus enim Dei in ea captivitate constitutus videbatur quasi absorptus, nullâque ratione inde emerfurus: rationem tamen Deus invenit, quâ gloriose eum in pristinum statum restitueret.

Quartò. Ab ingressu Israelitarum in Chanaan usque ad exilium istud Babylonicum anni sunt 967, nam ab annis Exodi 1007, deducendi sunt anni 40 commorationis in deserto, sic restant 967 anni à capite Jubilæorum, qui anni 967 conficiunt annorum Hebdomadas 138, ita migrarunt in captivitatem Israelitæ anno primo Hebdomadis 139. Ab orbe autem condito anni sunt 3515, qui faciunt annorum Hebdomadas 502, sive Jubilæos 71, cum 5 annorum Hebdomadibus. Ita planum fit, annum qui præcessit migrationem illam, fuisse Hebdomadicum, fuit enim 966 à capite Jubilæorum. Hoc autem congruit cum historia, quæ est Jerem. 34. 8, & 37. 7. Ex illis enim locis liquet annum quo Pharaon in gratiam Iudæorum copias suas eduxit ex Ægypto, ut opem illis ferret, fuisse Sabbathicum. Non fuit autem ille primus obsidionis Ierosolymitanæ annus, neque etiam ultimus, sed secundus sub illius finem. Sic ergo migrarunt Iudæi Babylonem anno

1. Hebdomad. 503 ab orbe condito, item anno 1 Hebdomadis 139 à capite Jubilæorum. Fuit autem annus ille regni Nabuchodonozoris 19 completus, sive 20 inchoatus. Omnes istæ *συνηχθαι*, quæ non temerè & casu, sed certo divinæ Providentiæ (quæ omnia sapientissimè administrat) consilio in hunc deportationis annum incidunt, atque simul concurrunt, non videntur parum calculi hujus nostri veritatem confirmare.

<sup>l</sup> Ezech. 1. vers. 1, 2, annus 5 migrationis Iechoniæ dicitur annus 30 absolutè. Id quod bifariam accipi potest, vel quòd esset 30 annus à 18 Iosifæ anno, quo Iosifæ reperto Legis libro solemne Pascha celebravit, templum instaurari, cultumque Dei repurgari curavit, quæ propterea Epocha est fœderis innovati, insignis; vel quia 5 iste migrationis Iechoniæ annus fuit Jubilæi 30. Quorum utrumque ex hac nostra Tabula manifestum est, tot enim sunt (30 nempe) anni à 18 Iosifæ anno ad quintum post Iechoniæ deportationem annum, & supra notâ ostendimus 18 Iosifæ ann. esse ultimum Jubilæi decimi-noni annum, proindeque quintus à Iechonia deportato annus est 30 Jubilæi vigesimi annus.

<sup>m</sup> Ezech. 24. 1. dicitur Nabuchod. cœpisse Ierosolymorum obsidionem anno nono, scilicet captivitatis Prophetæ, abductus autem fuit captivus cum Iechonia: fuit itaque annus quo obsideri cœpit Ierusalem, annus Sedecia (qui Iechoniæ successit) nonus.

TABULA DECIMA,

Complectens annos septuaginta Captivitatis Babylonica, atque unâ alios septuaginta annos everfionis templi Salomonici, usque ad ejus instauracionem post solutam Captivitatem.

| Regni. | REGES JUDA.                                                                               | Annus Capt. | Annus ab Exodo. | Annus ab Urbe condita. | Annus mundi. | Olympiad. | Annus Iphiti. | REGES BABYLONIS.                                                                                    | Regni. |
|--------|-------------------------------------------------------------------------------------------|-------------|-----------------|------------------------|--------------|-----------|---------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------|--------|
| 1      | Jehojachin regnat 3. menses.                                                              |             |                 |                        |              | 45        | 180           | Nabuchodonozor R. annos 44.                                                                         | 8      |
| 2      | a Sedechias R. annos 11.                                                                  | 1           |                 |                        | 3505         |           |               |                                                                                                     | 9      |
| 3      |                                                                                           | 2           |                 | 155                    |              |           |               |                                                                                                     | 10     |
| 4      |                                                                                           | 3           |                 |                        |              |           |               |                                                                                                     | 11     |
| 5      | Hoc anno Ezechiel incepit prophetare, Ezech. 1. 1.                                        | 4           | 1000            |                        |              |           |               |                                                                                                     | 12     |
| 6      |                                                                                           | 5           |                 |                        |              | 46        |               | b Anno regni sui 13, Nabuchod. vidit somnium de statua, id quod adstrui posse videret ex Dan. 2. 1. | 13     |
| 7      |                                                                                           | 6           |                 |                        | 3510         |           | 185           |                                                                                                     | 14     |
| 8      |                                                                                           | 7           |                 | 160                    |              |           |               |                                                                                                     | 15     |
| 9      |                                                                                           | 8           |                 |                        |              |           |               |                                                                                                     | 16     |
| 10     |                                                                                           | 9           | 1005            |                        |              |           |               |                                                                                                     | 17     |
| 11     | Hoc anno capta & everfa est Ierosolyma, & Judæi Babylonem deportati. Finis Regni Judaici. | 10          |                 |                        |              | 47        |               |                                                                                                     | 18     |
|        |                                                                                           | 11          |                 |                        | 3515         |           | 190           | Annus Sedecia 11 coincidit in annum Nabuchodonozoris 19. Jerem. 52. 12.                             | 19     |
|        |                                                                                           | 12          |                 | 165                    |              |           |               |                                                                                                     | 20     |
|        |                                                                                           | 13          |                 |                        |              |           |               |                                                                                                     | 21     |

CHRONOLOGIE S. TABULA X.

| 48 | REGES JUDA.                                                                                        | Anni Capt. | Exodo. | Anni ab urbe condita. | Anni mundi. | Olympiad. | Anni Iphiti. | REGES BABYLONIS.                                                                                                       | Anni Regni. |
|----|----------------------------------------------------------------------------------------------------|------------|--------|-----------------------|-------------|-----------|--------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------|
|    |                                                                                                    | 14         | 1010   |                       |             |           |              | Biennio, aut triennio post incensum Templum Nabuzardan Judæos, qui reliqui erant in Judæa, captivos Babylonem abduxit. | 22          |
|    |                                                                                                    | 15         |        |                       |             |           |              |                                                                                                                        | 23          |
|    |                                                                                                    | 16         |        |                       | 3520        |           | 195          |                                                                                                                        | 24          |
|    |                                                                                                    | 17         |        | 170                   |             | 49        |              |                                                                                                                        | 25          |
|    |                                                                                                    | 18         |        |                       |             |           |              |                                                                                                                        | 26          |
|    |                                                                                                    | 19         | 1015   |                       |             |           |              |                                                                                                                        | 27          |
|    |                                                                                                    | 20         |        |                       |             |           |              |                                                                                                                        | 28          |
|    |                                                                                                    | 21         |        |                       | 3525        | 50        | 200          |                                                                                                                        | 29          |
|    |                                                                                                    | 22         |        | 175                   |             |           |              | Hoc anno à Nabuchod, subacta fuit Ægyptus. Vide Jac. Cap. Hist. sacram anno mundi 3421.                                | 30          |
|    |                                                                                                    | 23         |        |                       |             |           |              |                                                                                                                        | 31          |
|    |                                                                                                    | 24         | 1020   |                       |             |           |              |                                                                                                                        | 32          |
|    | Hoc anno offertur Ezechieli visio Templi Jerosolymitani, Ezech. 40.1.                              | 25         |        |                       |             | 51        |              |                                                                                                                        | 33          |
|    |                                                                                                    | 26         |        |                       | 3530        |           | 205          |                                                                                                                        | 34          |
|    |                                                                                                    | 27         |        | 180                   |             |           |              | Hoc vel sequente anno offertur Nabochod. somnium de arbore prægrandi. Dan. 4.                                          | 35          |
|    |                                                                                                    | 28         |        |                       |             |           |              |                                                                                                                        | 36          |
|    |                                                                                                    | 29         | 1025   |                       |             | 52        |              |                                                                                                                        | 37          |
|    |                                                                                                    | 30         |        |                       |             |           |              |                                                                                                                        | 38          |
|    |                                                                                                    | 31         |        |                       | 3535        |           | 210          |                                                                                                                        | 39          |
|    |                                                                                                    | 32         |        | 185                   |             |           |              |                                                                                                                        | 40          |
|    |                                                                                                    | 33         |        |                       |             | 53        |              |                                                                                                                        | 41          |
|    |                                                                                                    | 34         | 1030   |                       |             |           |              |                                                                                                                        | 42          |
|    |                                                                                                    | 35         |        |                       |             |           |              | d Evilmerodach Jechoniam solvit à vinculis. 2. Reg. 25. 27.                                                            | 43          |
|    |                                                                                                    | 36         |        |                       | 3540        |           | 215          |                                                                                                                        | 44          |
|    | REGES BABYLONIS.                                                                                   | 37         |        | 190                   |             | 54        |              |                                                                                                                        | 1           |
|    |                                                                                                    | 38         |        |                       |             |           |              |                                                                                                                        | 2           |
|    | Hoc anno Daniel vidit visionem quatuor Bestiarum. Dan. 7.                                          | 39         | 1035   |                       |             |           |              | e Balthasar cum Niriglassare patre, Nabuchodonozoris genero, R. an. 4.                                                 | 1           |
|    | Hoc anno Daniel vidit visionem Hirci & Arietis. Dan. 8. 1.                                         | 40         |        |                       |             |           |              |                                                                                                                        | 2           |
|    |                                                                                                    | 41         |        |                       | 3545        | 55        | 220          |                                                                                                                        | 3           |
|    |                                                                                                    | 42         |        | 195                   |             |           |              |                                                                                                                        | 4           |
|    | g Cyrus in Perside regnare incipit. Eo anno revelata est Danieli propheta de 70 Hebdom. Dan. 9. 1. | 43         |        |                       |             |           |              | f Darius Medus, qui & Nabonidus, vel Labynitus, interfecto Balthasare Rex eligitur à Babyloniis. Dan. 5. 31.           | 1           |
|    |                                                                                                    | 44         | 1040   |                       |             |           |              |                                                                                                                        | 2           |
|    |                                                                                                    | 45         |        |                       |             | 56        |              |                                                                                                                        | 3           |
|    |                                                                                                    | 46         |        |                       | 3550        |           | 225          |                                                                                                                        | 4           |
|    | Hoc anno revelata est Danieli propheta de Selucidis Alex. M. successoribus. Dan. 10. 1.            | 47         |        | 200                   |             |           |              |                                                                                                                        | 5           |
|    |                                                                                                    | 48         |        |                       |             |           |              |                                                                                                                        | 6           |
|    |                                                                                                    | 49         | 1045   |                       |             | 57        |              |                                                                                                                        | 7           |
|    |                                                                                                    | 50         |        |                       |             |           |              |                                                                                                                        | 8           |
|    |                                                                                                    | 51         |        |                       | 3555        |           | 230          |                                                                                                                        | 9           |
|    |                                                                                                    | 52         |        | 205                   |             |           |              |                                                                                                                        | 10          |
|    |                                                                                                    | 53         |        |                       |             | 58        |              |                                                                                                                        | 11          |
|    |                                                                                                    | 54         | 1050   |                       |             |           |              |                                                                                                                        | 12          |
|    |                                                                                                    | 55         |        |                       |             |           |              |                                                                                                                        | 13          |

AB EVERSO TEMPLE AD INSTAURATIONEM.

| REGES BABYLONIS. |                |                       |                  |           | REGES BABYLONIS. |             |                |                       |                  |
|------------------|----------------|-----------------------|------------------|-----------|------------------|-------------|----------------|-----------------------|------------------|
| Anni Regni.      | Anni ab Exodo. | Anni ab orbe condito. | Anni ab orbe di. | Olympiad. | Anni Iphici.     | Anni Regni. | Anni ab Exodo. | Anni ab orbe condito. | Anni ab orbe di. |
| 14               | 56             |                       | 3560             |           | 235              |             |                |                       |                  |
| 15               | 57             | 210                   |                  | 59        |                  |             |                |                       |                  |
| 16               | 58             |                       |                  |           |                  |             |                |                       |                  |
| 17               | 59             | 1055                  |                  |           |                  |             |                |                       |                  |
| 18               | 60             |                       |                  |           |                  |             |                |                       |                  |
| 19               | 61             |                       | 3565             | 60        | 240              |             |                |                       |                  |
| 20               | 62             | 215                   |                  |           |                  |             |                |                       |                  |
| 21               | 63             |                       |                  |           |                  |             |                |                       |                  |
| 22               | 64             | 1060                  |                  |           |                  |             |                |                       |                  |
| 23               | 65             |                       |                  | 61        |                  |             |                |                       |                  |
| 24               | 66             |                       | 3570             |           | 245              |             |                |                       |                  |
| 25               | 67             | 220                   |                  |           |                  |             |                |                       |                  |
| 26               | 68             |                       |                  |           |                  |             |                |                       |                  |
| 27               | 69             | 1065                  |                  | 62        |                  |             |                |                       |                  |
|                  | 70             |                       |                  |           |                  |             |                |                       |                  |
|                  | 1              |                       | 3575             |           | 250              |             |                |                       |                  |
|                  | 2              |                       |                  |           |                  |             |                |                       |                  |
|                  | 3              | 225                   |                  |           |                  |             |                |                       |                  |
|                  | 4              |                       |                  | 63        |                  |             |                |                       |                  |
|                  | 5              | 1070                  |                  |           |                  |             |                |                       |                  |
|                  | 6              |                       |                  |           |                  |             |                |                       |                  |
|                  | 7              |                       | 3580             |           | 255              |             |                |                       |                  |
|                  | 8              | 230                   |                  | 64        |                  |             |                |                       |                  |
|                  | 9              |                       |                  |           |                  |             |                |                       |                  |
|                  | 10             | 1075                  |                  |           |                  |             |                |                       |                  |
|                  | 11             |                       |                  |           |                  |             |                |                       |                  |
|                  | 12             |                       | 3585             | 65        | 260              |             |                |                       |                  |
|                  | 13             | 235                   |                  |           |                  |             |                |                       |                  |
|                  | 14             |                       |                  |           |                  |             |                |                       |                  |
|                  | 15             | 1080                  |                  |           |                  |             |                |                       |                  |
|                  | 16             | 1081                  | 238              | 3589      | 66               | 264         |                |                       |                  |

Finis Monarchiæ Babyloniorum, & initium Imperii Persarum. a Anni Monarchiæ Persarum.

REGES PERSARUM.

b Cyrus Babylonem capit. Captivitatem Babylonicam solvit, anno Monarchiæ Persicæ primo, sed regni in Perside cepti 28. c Cambyfes R. annos. 7.

Magus R. 7 menses. Darius Hystaspis filius.

Nota ad præcedentis Tabulæ X. confirmationem.

**O**Mnia in hac Tabula, ad ultimum usque Sedekiaë annum similia sunt præcedenti Tabulæ nonæ, atque ex ea demonstrantur. Initium septuaginta annorum Captivitatis Babylonicæ statuimus cum Scriptura, Jerem. 29. 10. cum magno Scaligero, & aliis, in deportatione, quæ facta est in ultimo Ioakimi anno. Videantur quæ jam supra, Tabula præcedente, notâ literæ h & i diximus de initio Captivitatis Babylonicæ, ubi eorum sententiam refutavimus, qui eam inchoant ab anno Ioakimi quinto, quia sic foret annorum plusquam

70. Sed nec inchoanda est ab ultimo Sedekiaë anno, tum quia inde ad primum Cyri annum (quo soluta est Captivitas) anni sunt non septuaginta, sed duntaxat 59: tum quia Ezechiel sæpius meminit Captivitatis suæ, seu gentis Judaicæ, annosque sæpe putat ab ejus initio, cum frequenter ait: *Anno hoc vel illo, Captivitatis nostræ hoc vel illud factum est, aut, Verbum Domini ad me factum est.* Vide capp. 24. 1. & 26. 1. & 29. 1. Unde satis liquet eum significare atque innuere, Captivitatem Judæorum cœpisse tum, quum ipse cum sociis abductus est captivus: abductus autem fuit unâ cum Daniele ejusque sociis & reliquo populo, atque magnatibus, & majore vasorum sacrorum parte, anno ultimo Ioakimi, sive initio regni Iechoniaë, uti Tabulâ præcedente fusiùs osten-

stendimus ad literam <sup>h</sup> Tres, vel quatuor fuerunt Judæorum per Nabuchodonosorem deportationes. Prima ultimo Ioakimi, quum eo devicto, atque mortuo, vel interfecto, abductus est Ezechiel & Daniel cum sociis. Secunda paulo post facta est, quum Nabuchodonosor Jechoniam unà cum matre ejus & regni primoribus abduxit Babylonem. Tertia anno Sedekie ultimo, quum Templum incensum est, & Jerusalem funditus eversa. Quarta denique & ultima aliquantopost, triennio scilicet, vel quadriennio post eversam Jerusalem, cum subacta Ægypto Nabuchodonosor Judæos quos Jochanan F. Kareah illuc abduxerat, deportavit Babylonem: qua de re supra diximus Tabulâ præcedente. Harum deportationum prima & secunda fuerunt intra breve spatium paucorum mensium, nam à devicto Ioakimo ad deportatum Jechoniam (qui tres tantum menses regnavit) menses sunt fortè sex duntaxat, vix plures. Itaque parum, aut nihil interest utrum Captivitas inchoetur à prima, an verò à secunda deportatione, quæ propter brevissimum quod inter utramque intercessit temporis spatium, pro una eademque computari potest. Convenientius tamen videtur Captivitatem inchoare à prima potius quàm à secunda deportatione, tum quia illa prima est omnium, tum quia sic numerus 70 annorum melius & accuratius quadrat.

*b* Jac. Cappellus frater <sup>o</sup> *manapius*, in Historia sua sacra & exorica, ad nnum mundum 3404, post Scaligerum locum Ezechielis cap. 1. vers. 1. *Fuit anno tricesimo, quarti mensis die quinto, is est annus quintus captivitatis Jechoniae*, sic accipit, ut annus ille tricesimus sit annus Nabopolassaris patris Nabuchodonosoris trigessimus, cum nihil aliud (inquit) occurrat quod cum ratione subintelligi possit, quicquid hætenus tentatum sit. Ego sane nolim adversus viros historiæ & rei Chronologicæ peritos contendere, annum Nabopolassaris trigessimum non incidere in quintum à Jechoniae captivitate annum; illud in medio relinquo, hoc unum dico; Non videri necesse ut hic intelligatur annus Nabopolassaris trigessimus, cum tam commodè, atque adeò Scripturæ consuetudini convenientius subintelligi hic possit vox *Jubilæi* ut hic annus sit Jubilæi, & à celebrato sub Josia solenni Paschate tricesimus, uti ex Tabula 9. ad litteram *l*, liquet. Pascha enim illud celebratum fuit anno ab Exodo 970, & ab ingressu in terram Chanaan, seu à capite Jubilæorum 930, qui annus fuit ultimus Jubilæi decimi noni, id quod nos isthic demonstravimus; ac proinde annus à Jechoniae captivitate quintus incidit in finem tricesimi ab illo Paschate anni. Rectius autem & convenientius multò videtur ut Propheta & sacer Scriptor æram istam suam designaverit per annos Jubilæi, & à tam insigni Epocha, Paschatis nimirum adeò solemnis, quàm per annos prophani & peregrini Regis, cujus in tota Scriptura nulla extat mentio, nullumque adeò vestigium. Porro Dan. 2. 1. dicitur Danielelem explicasse Regi Nabuchodonosori somnium de statua, anno regni Nabuchodonosori secundo, quod omnino accipiendum est de anno secundo, ex quo Nabuchodonosor solus, defuncto patre, regnare cœpit. Aliud nimirum regni Nabuchodonosoris initium statuit Scriptura, nimirum annum Ioakimi quartum, Jerem. 25. 1.

Non potuit autem tum Daniel Nabuchodonosori explicare somnium illud anno Ioakimi sexto vel septimo, quia nondum tum captivus fuerat abductus Daniel cum sociis suis, sed demum anno Ioakimi ultimo. Deinde per triennium educatus fuit in aula priusquam Nabuchodonosori sifteretur, uti id notatur Dan. 1. vers. 5. Initium itaque regni Nabuchodonosoris, quod statuitur in anno quarto Ioakimi, accipi debet de tempore, quo cœpit cum patre Nabopolassare regnare. Cum ergo certum sit Danielelem cum sociis abductum esse Babylonem anno ultimo Ioakimi, hoc est, sub finem anni septimi regni Nabuchodonosoris, quo una cum patre regnabat, si illis septem annis tres addas, quibus fuit in aula educatus priusquam Nabuchodonosori sifteretur, liquet adductum fuisse ad Nabuchodonosorem anno quo una cum patre regnabat undecimo ineunte, aut ad medium decurrente, quo anno videtur pater ejus obiisse, & Nabuchodonosor solus regnasse; atque ita annus quintus à captivitate Jechoniae incidit in secundum regni Nabuchodonosoris annum, ex quo solus regnare cœpit, post patris obitum, in decimum tertium verò ex quo vivente patre unà cum eo regnare cœperat. Josephus Antiq. lib. 10. cap. 11. ait, somnium illud oblatum fuisse Nabuchodonosori anno secundo non regni ipsius, sed post subactam ab eo Ægyptum, id quod non congruit cum hoc Danielis loco, sed neque Ægyptum aggressus est, nisi post expugnatam & eversam Jerusalem, idque propter auxilia à rege Ægypti, Sedekie submissa, uti ex Jeremia liquet. Sic annos undecim cum patre videtur Nabuchodonosor regnasse. Anni ergò 44, qui Nabuchodonosori tribuuntur, accipiendi sunt de toto tempore quo in universum regnavit, tam cum patre, quàm post patris obitum, non de illis annis, quibus solus regnavit, quique secundum hunc Danielis locum inchoandi sunt circa finem anni à captivitate Jechoniae tertii. Eum autem annos regnasse totos 44, hinc firmissimè comprobatur. Jerem. 52. 31. & 2. Reg. 25. 27. Evilmerodach Nabuchodonosoris filius, anno 37 à captivitate Jechoniae, primo verò quo ipse cœperat regnare, seu regni sui initio, Jechoniam vinculis solvisse dicitur. Unde liquet annum 37 à captivitate Jechoniae incidere in mortem Nabuchodonosoris; cœperat autem regnare unà cum patre anno Ioakimi quarto hoc est, septem, ut minimum, annis ante Jechoniae captivitatem, qui si addantur ad illos 37, quibus regnavit post abductum Jechoniam, conficiuntur 44 anni completi, quibus in universum regnavit Nabuchodonosor.

*c* Verisimile est somnium de arbore prægrandi oblatum esse Nabuchodonosori hoc vel sequente anno, ut in regnum restitui potuerit biennio vel triennio ante vitæ suæ finem. Etenim annus integer fluxit post oblatum somnium antequam regno depelleretur, Dan. 4. 26: deinde per septennium vixit inter feras vers. 22, & 29. ac tum demum rediit ad bonam mentem, & restitutus est in regnum vers. 33. Ita anni octo fluxerunt à somnio ad restitutionem in regnum.

*d* Nabuchodonosori succedit ejus filius Evilmerodach, qui anno regni sui primo ineunte Jechoniam vinculis solvit, atque in honore inter Principes suos habuit, 2. Reg. 25. 27. Hujus etiam meminit Berofus apud Josephum lib. 1. contra Appionem: *Nabuchodonosor* (inquit)

(inquit) incidens in morbum, abiit e vita, ubi regnasset annos 43. Regni autem illius compos fuit filius ejus Evilmerodachus, qui ob lascivam vitam insidiis interemptus à Neriglissare sororis ipsius marito, regnavit annos duos.

e Idem Berofus ibidem Evilmerodachi successorem facit in regno Neriglissarem ejus sororium & interfectorem, ei que tribuit annos quatuor, cui deinde successisse vult Laborsoarchodum, cui post mensium novem imperium (cùm juvenis esset *κακοήδης, morum malorum*) per amicos extincto successit ab illis electus in Regem Nabonidus. Unde liquit eum quem Scriptura Balsafarem vocat, fuisse Nabuchodonozoris non filium, sed nepotem ex filia, quæ Neriglissari (נרגל אצר forte is est qui Jerem. 39. 3. dicitur נרגל שראצר) nupsit, atque unà cum patre Neriglissare videri eum regnasse: unde est quod Scriptura illi tribuat patris, quocum regnavit, annos quatuor, quibus propemodum exactis, mortuo jam ante patre Neriglissare interfectus videtur conjuratione Principum, in ejusque locum electus à conjuratis Darius, qui de genere Medorum dicitur Dan. 5. 31. è Beroso autem dicitur fuisse à Babylone.

f De Nabonido isto vide præcedentem notam. Anno regni ipsius decimo septimo ibidem Josephus ex Beroso tradit Cyrum ex Perside egressum, qui universâ Asiâ subactâ, *ᾠρησεν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν imperium in Babyloniâ fecit*: Nabonidum autem ei cum exercitu occurrentem, victum ac fugatum Borsippen se recepisse, ibi se Cyro eum insequenti tradidisse, à quo Caromania præfecturâ donatum esse vult. Quo in loco vel 27 pro 17 legendum est, ut hæc Cyri expeditio facta sit ultimo Nabonidi, seu Darii Medi, anno; vel si in numero nihil est mutandum, dicendum est, Cyrum quidem ex Perside egressum esse anno regni sui decimo septimo, verum decennium, vel paulo minus in subigenda Asiâ, priusquam Babyloniâ oppugnaret, impendisse, ita ut sub finem regni Nabonidi contra eum & Babyloniâ venerit.

g Cyrum unà cum Dario Medo, sive Nabonido cœpisse regnare alterum Babylone, alterum verò in Perside, videtur sic ostendi posse. Cyro Historici omnes annos constanter tribuunt 30 in universum. Captâ Babylone mox Judæorum solvit captivitatem anno regni sui primo, 2. Chron. 36. 22. quod non est intelligendum de anno, quo in Perside, mortuo patre Astyage, regnare cœpit, non enim tum in potestate sua habebat Babylonem, quam non nisi multis post annis, & post multa bella, multasque devictas provincias, in suam redegit potestatem: itaque hoc intelligendum est de primo Imperii seu Monarchiæ Persarum anno, quæ tum cœpit quum Babylon, Assyriorum Monarchiæ Metropolis, ab eo sub jugum missa est: Id autem factum est in fine regni Darii Medi seu Nabonidi, qui Babyloniorum & Assyriorum imperium tenebat, & in fine 70 annorum captivitatis Judæorum, quæ tum à Cyro soluta est. Finis ergo regni Nabonidi, & 70 annorum captivitatis Judæorum concurrunt. Jam verò ex præcedentibus notis, & ex Tabula 9, planum est Captivitatem cœpisse in morte Ioakimi & deportatione Jechoniæ, sive initio regni Sedeciæ; quæ omnia ostendimus contigisse anno Nabuchodonozoris octavo, ac proinde initium Darii

Medi incidere in annum à captivitate Babylonica 43. cui si addantur anni 27, finientur in ultimo Captivitatis Babylonicæ anno. Unde liquet Darium Medum annos regnasse 27, quandoquidem regno, & vitâ decessit; quum soluta est à Cyro Judæorum captivitas. Cyrus autem non diu ante imperii & vitæ suæ finem, biennio puta aut triennio, solvit captivitatem. Nam mox post expugnaram Babylonem, bellum adversus Crœsum Lydorum regem movit, quo debellato in Scythas profectus est, à quibus victus & interfectus est. Cyro Cambyses in imperio successit, cui regnum annorum septem tribuunt Historici. Illi post interfectum à conjuratis Magum Darius Hystaspis filius successit, cujus anno regni secundo Templi Hierosolymitani exstructio, quæ sub Cyro, mox post solutam captivitatem, cœpta erat, sed statim intermissa, denuo renovata & continuata est, usque ad annum Darii ejusdem sextum, quo absoluta est Templi fabrica. Ita à soluta Captivitate ad annum Darii secundum anni sunt 11, quot omnino sunt à prima Judæorum Captivitate & deportatione ad Templi sub Sedeciâ everfionem, atque sic Templum jacuit desolatam & eversum per annos 70, quot nimirum Deus captivitati Judæorum destinaverat; id quod omnino convenire videtur, ut quemadmodum regnum & status politiæ Judaicæ concussus & prostratus pæne fuit per annos 11, ante Templi everfionem, sic steterit libertatis & status populi illius instauratione post solutam captivitatem, per totidem annos ante Templi instaurationem, quæ sub Dario anno ipsius secundo facta est: nam quod vivente Cyro, mox post solutam captivitatem, Templum reædificari cœpit, tentamentum tantum quoddam fuit evanidum, quod statim interruptum & prohibitum est. Item, quomodo vasorum sacrorum Templi pars maxima abducta fuit Babylonem in Jechoniæ deportatione annis 11 ante Templi ipsius everfionem, sic eadem vasa, soluta Captivitate, Jerosolymam reportata sunt annis totidem ante Templi instaurationem sub Dario Hystaspide, sic enim quemadmodum Templum vasis illis sacris caruerat per annos 11, stante nihilominus cultu divino in Templo, ita eadem vasa eorumque usus restitutus fuerit ad Dei cultum per totidem annos ante Templi ipsius instaurationem. Rursus quomodo à Templi illius typici & umbratilis everfione ad illius instaurationem Deus voluit intercedere annos 70; sic à Christi (veri & spiritualis Templi) incarnatione, ejusque corporis (veri divinitatis Templi, *in quo omnis divinitatis plenitudo habitat corporaliter*) in utero B. Virginis primâ conceptione ex Spiritu sancto, ad Jerosolymitani Templi typici & umbratilis everfionem, anni sunt præcisè 70. Id quod maximè convenire videtur. Nam & tum etiam exstrui cœpit aliud Templum Dei mysticum & spirituale, Ecclesia nempe Christiana, quæ est Christi corpus, & plenitudo illius, qui omnia implet in omnibus, Ephes. 1. 23. Tum enim Deus abjectis Judæis & abolitis eorum ritibus ac ceremoniis (quarum sedes erat Templum illud Hierosolymitanum) quæ erant instar Veli, quo arcebat ingressus in Sanctuarium, in Judæorum locum assumpti sunt Gentiles in Christi corpus, & patefacta est omnibus via in Dei Sacrarium: & Christi Ecclesia ex Gentibus tum primum cœpit constitui, cùm qui prius ex Gentibus ad

Christi communionem vocati sunt, essent duntaxat veluti primitiæ quædam exiguæ massæ illius sacræ ex Gentibus constituendæ, Deoque consecrandæ. Jam verò non possunt & populi Judaici captivitati Babylo-nicæ, & Templi everfioni atque desolationi assignari anni 70, nisi Captivitatis solutio constituatur in anno Cyri & Darii Medi trigesimo-septimo, uti ex Tabula hac nossea 10. liquet. Ita pater, & Cyro & Dario Medo idem regni initium tribuendum esse, id quod sanè maximè congruum videtur, ut ultimus Babyloniorum rex Darius, & primus Persarum Cyrus, qui Babyloniorum imperium evertit, simul regnare cœperint, ille quidem 27, hic verò 30. Adde quod Dan. 9. 1, anno primo Darii Medi, cum Daniel cogitaret de 70 annis Captivitati Judæorum à Deo destinatis, & Jeremia prædictis, ad Danielis preces pro liberatione populi sui revelata est ei prophetia de 70 annorum Hebdomadibus ab instauratione Jerosolymorum ad Christum usque. Hoc autem non est ita accipiendum, quasi anni septuaginta Captivitatis desinant in anno primo Darii (hoc enim longè à vero esse planum est ex Tabula nostra;) sed quia tum cœpit Cyrus in Perside regnare, quem Daniel ex Propheria Esajæ noverat futurum populi liberatorem, ideo ad Deum preces suas fudit pro futura per eum populi liberatione, etsi tempus illud nondum advenisset. Sic putamus ostendi posse ex Scriptura, Darium Medum & Cyrum, simul regnare cœpisse, alterum Babylone, alterum apud Persas, itemque captivitati populi, & desolationi Templi eundem annorum numerum, nempe 70, assignandum esse.

*b* De initio & fine regni Cyri, deque capta ab eo Babylone, vide quæ diximus notâ præcedente.

*i* Historici Cambyfi annos tribuunt septem vel octo, cui successit Magus paucorum mensium, oppressus nimirum conjuratione Magnatum: quo interfecto, succedit ei Darius Hyftaspis filius, Cyri gener, cujus filiam electus in Regem, ut regnum sibi firmaret, duxit in uxorem.

*k* Hoc secundo Darii annò denuo inchoatam esse Templi instaurationem, planum est ex Aggæi cap. 1. vers. 1, & 15. Anno autem ejusdem sexto absolutam fuisse liquet ex Esdræ cap. 6. 15.

Porro cur septuagenarium hunc annorum numerum potius quàm alium Deus, & Judæorum captivitati, & Templi Judaici desolationi, & veri ac spiritualis exstructioni sub novo Testamento in Ecclesia Christiana Deus delegerit, habuit proculdubio ille penes se & in Sapiencia suâ causas rationabiles, ac justas & æquas, sed quas nostrum non est curiosus ac penitus perscrutari. Hoc unum observare hic licet, numerum illum compositum esse ex duobus, septenario & denario, in se multiplicatis (nam septies decem faciunt septuaginta;) qui duo numeri sunt veluti sacri à Deo ipso quasi sanctificati atque consecrati; septenarius nimirum in Sabbathi, ab ipso mundi exordio, inque ejus creatione, & in annorum Sabbathicorum atque Jubilæorum sub lege Mosai-ca institutione, quique etiam in ipsa Naturæ constitutione nobilis est, & illustris ob septem in cœlo Planetas. Denarius item numerus à Deo sanctificatus videtur in legis suæ Decalogo, seu præceptis decem; nobilis item & illustris ob decem Patriarchas ante & post Diluvium ad Abrahamum usque, qui primus promissiones de Christo, semine illo benedicto, accepit; tum in natura ipsa notabilis ob decem Sphæras cœlestes. Sapienciæ itaque Dei consentaneum maximè videtur, ut ad res tam insignes numerum etiam delegerit maximè insignem, ex duobus sacris & ab ipso sanctificatis numeris in se multiplicatis compositum. Ut & quod septuaginta annorum Hebdomadas, hoc est, septies septuaginta five 490 annos destinaverit populi Judaici post liberationem à captivitate Babylo-nica, restitutioni, religionis & cultus sui Legalis instaurationi ad Christum usque civitatisque Jerosolymorum, & politiæ Judæorum durationi usque ad ejus per Romanos everfionem.



TABULA UNDECIMA,

Complectens seriem annorum, ab initio Imperii Persici, ad everisionem usque Jerosolymorum, totiusque Reipub. Judaicae per Titum Vespasianum, quo in temporis spatio comprehenduntur Danielis septuaginta annorum Hebdomades, earumque initium & finis demonstratur.

| Anni Regni. | INITIUM IMPERII PERSICI, Persarum Reges.                              | Anni Monarchie Persicae. | Anni ab Exodo. | Anni ab orbe condito. | Olympiad. | Anni Iphiti. | JUDÆORUM PRÆSIDES & Pontifices.                                   | Anni ab Urbe condita. |
|-------------|-----------------------------------------------------------------------|--------------------------|----------------|-----------------------|-----------|--------------|-------------------------------------------------------------------|-----------------------|
| 28          | Cyrus hoc anno solvit captivitatem Judæorum Babylonicam.              | 1                        | 1066           | 3574                  | 62        | 249          | Zorobabel Dux & Princeps Judæorum reducum.                        | 223                   |
| 29          |                                                                       | 2                        |                | 3575                  |           | 250          |                                                                   | 224                   |
| 30          |                                                                       | 3                        |                |                       |           |              | Jesuah, Pontifex M.                                               | 225                   |
| 1           | Cambyfes R. annos 7. cum dimidio.                                     | 4                        |                |                       | 63        |              |                                                                   |                       |
| 2           |                                                                       | 5                        | 1070           |                       |           |              |                                                                   |                       |
| 3           |                                                                       | 6                        |                |                       |           |              |                                                                   |                       |
| 4           |                                                                       | 7                        |                | 3580                  |           | 255          |                                                                   |                       |
| 5           |                                                                       | 8                        |                |                       | 64        |              |                                                                   | 230                   |
| 6           |                                                                       | 9                        |                |                       |           |              |                                                                   |                       |
| 7           | Magus Smerdis, five Sphendaces M. ꝑ. Darius Hystaspis F. R. annos 34. | 10                       | 1075           |                       |           |              |                                                                   |                       |
| 1           |                                                                       | 11                       |                |                       |           |              |                                                                   |                       |
| 2           |                                                                       | 12                       |                | 3585                  | 65        | 260          |                                                                   |                       |
| 3           |                                                                       | 13                       |                |                       |           |              | Templum Hierosolymitanum, hortantibus Aggæo & Zacharia Prophetis. | 235                   |
| 4           |                                                                       | 14                       | 1080           |                       |           |              | Agg. 1. 1. & Efd. 4. 24.                                          |                       |
| 5           |                                                                       | 15                       |                |                       | 66        |              | Templum hoc anno absolvitur.                                      |                       |
| 6           |                                                                       | 16                       |                | 3590                  |           | 265          | Efd. 6. 15.                                                       |                       |
| 7           |                                                                       | 17                       |                |                       |           |              |                                                                   | 240                   |
| 8           |                                                                       | 18                       |                |                       |           |              |                                                                   |                       |
| 9           | Darius Hystaspis F.                                                   | 19                       | 1085           |                       | 67        |              |                                                                   |                       |
| 10          |                                                                       | 20                       |                |                       |           |              |                                                                   |                       |
| 11          |                                                                       | 21                       |                | 3595                  |           | 270          |                                                                   |                       |
| 12          |                                                                       | 22                       |                |                       |           |              |                                                                   | 245                   |
| 13          |                                                                       | 23                       |                |                       |           |              |                                                                   |                       |
| 14          |                                                                       | 24                       |                |                       | 68        |              |                                                                   |                       |
| 15          |                                                                       | 25                       | 1090           |                       |           |              |                                                                   |                       |
| 16          |                                                                       | 26                       |                |                       |           |              |                                                                   |                       |
| 17          |                                                                       | 27                       |                | 3600                  |           | 275          |                                                                   |                       |
| 18          |                                                                       | 28                       |                |                       | 69        |              |                                                                   | 250                   |
| 19          |                                                                       | 29                       |                |                       |           |              |                                                                   |                       |
| 20          |                                                                       | 30                       | 1095           |                       |           |              |                                                                   |                       |
| 21          |                                                                       | 31                       |                |                       |           |              |                                                                   |                       |
| 22          |                                                                       | 32                       |                | 3605                  | 70        | 280          |                                                                   |                       |
| 23          |                                                                       | 33                       |                |                       |           |              |                                                                   | 255                   |
| 24          |                                                                       | 34                       |                |                       |           |              |                                                                   |                       |

CHRONOLOGIE S. TABULA XI.

| Anni Regni. | Anni Monarchie Persæ. | Anni ab Exodo. | Anni ab orbe condito. | Olympiad. | Anni Iphiti. | Anni ab Urbe condita. |
|-------------|-----------------------|----------------|-----------------------|-----------|--------------|-----------------------|
| 24          | 35                    | 1100           |                       |           |              |                       |
| 25          | 36                    |                |                       | 71        |              |                       |
| 26          | 37                    |                | 3610                  |           | 285          |                       |
| 27          | 38                    |                |                       |           |              | 260                   |
| 28          | 39                    |                |                       |           |              |                       |
| 29          | 40                    | 1105           |                       | 72        |              |                       |
| 30          | 41                    |                |                       |           |              |                       |
| 31          | 42                    |                | 3615                  |           | 290          |                       |
| 32          | 43                    |                |                       |           |              | 265                   |
| 33          | 44                    |                |                       | 73        |              |                       |
| 34          | 45                    | 1110           |                       |           |              |                       |
| 1           | 46                    |                |                       |           |              |                       |
| 2           | 47                    |                | 3620                  |           | 295          |                       |
| 3           | 48                    |                |                       | 74        |              | 270                   |
| 4           | 49                    |                |                       |           |              |                       |
| 5           | 50                    | 1115           |                       |           |              |                       |
| 6           | 51                    |                |                       |           |              |                       |
| 7           | 52                    |                | 3625                  | 75        | 300          |                       |
| 8           | 53                    |                |                       |           |              | 275                   |
| 9           | 54                    |                |                       |           |              |                       |
| 10          | 55                    | 1120           |                       |           |              |                       |
| 11          | 56                    |                |                       | 76        |              |                       |
| 12          | 57                    |                | 3630                  |           | 305          |                       |
| 13          | 58                    |                |                       |           |              | 280                   |
| 14          | 59                    |                |                       |           |              |                       |
| 15          | 60                    | 1125           |                       | 77        |              |                       |
| 16          | 61                    |                |                       |           |              |                       |
| 17          | 62                    |                | 3635                  |           | 310          |                       |
| 18          | 63                    |                |                       |           |              | 285                   |
| 19          | 64                    |                |                       | 78        |              |                       |
| 20          | 65                    | 1130           |                       |           |              |                       |
| 21          | 66                    |                |                       |           |              |                       |
| 1           | 67                    |                | 3640                  |           | 315          |                       |
| 2           | 68                    |                |                       | 79        |              | 290                   |
| 3           | 69                    |                |                       |           |              |                       |
| 4           | 70                    | 1135           |                       |           |              |                       |
| 5           | 71                    |                |                       |           |              |                       |
| 6           | 72                    |                | 3645                  | 80        | 320          |                       |
| 7           | 73                    | 1              |                       |           |              | 295                   |
| 8           | 74                    | 2              |                       |           |              |                       |
|----------------------------|----------------------|----------------------|--------------------------|----------------|-----------|-----------------|------------------|
|                            |                      | 465                  |                          | 4110           |           | 785             | 8                |
| 760                        |                      | 466                  |                          |                |           |                 | 9                |
|                            |                      | 467                  |                          |                |           |                 | 10               |
|                            |                      | 468                  | 1605                     |                | 197       |                 | 11               |
|                            |                      | 469                  |                          |                |           |                 | 12               |
|                            |                      | 470                  |                          | 4115           |           | 790             | 13               |
| 765                        |                      | 471                  |                          |                |           |                 | 14               |
|                            |                      | 472                  |                          |                | 198       |                 | 15               |
|                            |                      | 473                  | 1610                     |                |           |                 | 16               |
|                            |                      | 474                  |                          |                |           |                 | 17               |
|                            |                      | 475                  |                          | 4120           |           | 795             | 18               |
| 770                        |                      | 476                  |                          |                | 199       |                 | 19               |
|                            |                      | 477                  |                          |                |           |                 | 20               |
|                            |                      | 478                  | 1615                     |                |           |                 | 21               |
|                            |                      | 479                  |                          |                |           |                 | 22               |
|                            |                      | 480                  |                          | 4125           | 200       | 800             | 23               |
| 775                        |                      | 481                  |                          |                |           |                 | 24               |
|                            |                      | 482                  |                          |                |           |                 | 25               |
|                            |                      | 483                  | 1620                     |                |           |                 | 26               |
|                            |                      | 484                  |                          |                | 201       |                 | 27               |
|                            |                      | 485                  |                          | 4130           |           | 805             | 28               |
| 780                        |                      | 486                  |                          |                |           |                 | 29               |
|                            |                      | 487                  |                          |                |           |                 | 30               |
|                            |                      | 488                  | 1625                     |                | 202       |                 | 31               |
|                            |                      | 489                  |                          |                |           |                 | 32               |
|                            |                      | 490                  |                          | 4135           |           | 810             | 33               |
| 785                        |                      |                      |                          |                |           |                 | 34               |
|                            |                      |                      |                          |                | 203       |                 | 35               |
|                            |                      |                      | 1630                     |                |           |                 | 36               |
|                            |                      |                      |                          |                |           |                 | 37               |
|                            |                      |                      |                          | 4140           |           | 815             | 38               |
| 790                        |                      |                      |                          |                | 204       |                 | 39               |
|                            |                      |                      |                          |                |           |                 | 40               |
|                            |                      |                      | 1635                     |                |           |                 | 41               |
|                            |                      |                      |                          |                |           |                 | 42               |
|                            |                      |                      |                          | 4145           | 205       | 820             | 43               |
| 795                        |                      |                      |                          |                |           |                 | 44               |
|                            |                      |                      |                          |                |           |                 | 45               |
|                            |                      |                      | 1940                     |                | 206       |                 | 46               |
|                            |                      |                      |                          |                |           |                 | 47               |
| 800                        |                      |                      |                          | 4150           |           | 825             | 48               |
|                            |                      |                      |                          |                |           |                 | 49               |

Jerofolymis puer cum esset Do-  
ctores in Templo interrogat.

Baptizatur à Johanne anno vi-  
tæ 30.

Patitur & morte afficitur, cruce  
affixus quum à Baptismo suo an-  
nos tres cum dimidio prædica-  
set.

Stephan. martyrio coronatur.

Philip. Samaritanis prædicat.

Paulus ad Christum converti-  
tur, & in Arabia per triennium  
prædicat Evangelium.

Herodes Agrippa Jacobum gla-  
dio percutit, & Petrum in carce-  
rem conjicit.

Paulus & Barnabas Ecclesiam  
Antiochenam ædificant.

Paulus cum Barnaba primam  
suam peragracionem inchoat.

Concilium Jerofolymitanum  
habetur hoc anno.

Paulus Corinthi prædicat Ev an-  
gelium per annum unum & di-  
midium.

Aquilam & Priscillam Italia  
pulsos Corinthi excipit. Act.  
18.2.

AB INITIO IMPERII PERSARUM AD EVERSAM JEROSOLYMAM.

| Anni ab Ur-<br>be condita.                                                                                                                                               | Anni<br>Assam. | Anni ab<br>Exodo. | Anni mundi. | Olympiad. | Anni Iphici. | An. a C. nat. |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------|-------------------|-------------|-----------|--------------|---------------|
|                                                                                                                                                                          | 10             |                   |             |           |              | 50            |
| Calchidem Herodi eripit, Itru-<br>ræam & Baranæam illius loco<br>ei dat. Jos. Ant. lib. 20. c. 5.                                                                        | 11             | 1645              |             |           |              | 51            |
|                                                                                                                                                                          | 12             |                   |             |           |              | 52            |
|                                                                                                                                                                          | 13             |                   | 4155        |           | 830          | 53            |
| 807 Claudius veneno ab Agrippi-<br>na uxore tollitur.<br>Nero R. annos. 13.                                                                                              | 14             |                   |             | 207       |              | 54            |
|                                                                                                                                                                          | 1              |                   |             |           |              | 55            |
|                                                                                                                                                                          | 2              | 1650              |             |           |              | 56            |
|                                                                                                                                                                          | 3              |                   |             |           |              | 57            |
|                                                                                                                                                                          | 4              |                   | 4160        | 208       | 835          | 58            |
| 810 Nerô matrem Agrippinam oc-<br>cidit. Tacit. Annal. lib. 14.<br>Jesús Anani F. suum Væ Jero-<br>solymitanis per septennium in-<br>tonat. Jos. belli Jud. l. 7. c. 24. | 5              |                   |             |           |              | 59            |
|                                                                                                                                                                          | 6              |                   |             |           |              | 60            |
|                                                                                                                                                                          | 7              | 1655              |             |           |              | 61            |
|                                                                                                                                                                          | 8              |                   |             | 209       |              | 62            |
|                                                                                                                                                                          | 9              |                   | 4165        |           | 840          | 63            |
| 815 Nerô Romam incendit, cujus<br>facinoris Christianos accusat.<br>Româ in Græciam proficiscitur,<br>ac biennium in eo itinere impen-<br>dit.                           | 10             |                   |             |           |              | 64            |
|                                                                                                                                                                          | 11             |                   |             |           |              | 65            |
|                                                                                                                                                                          | 12             | 1660              |             | 210       |              | 66            |
|                                                                                                                                                                          | 13             |                   |             |           |              | 67            |
| Galba, Otho, Vitellius R. anno 1.<br>Vespasianus.                                                                                                                        | 1              |                   | 4170        |           | 845          | 68            |
| 820                                                                                                                                                                      | 1              |                   |             |           |              | 69            |
|                                                                                                                                                                          | 2              |                   |             | 211       |              | 70            |

Nota ad præcedentem Tabulam  
XI.

Superiore Tabula 10, explicuimus septuaginta annos Scapivitatis Babylonice, & desolationis Templi usque ad secundum & textum Darii Hystaspidis annum. Deducenda nobis jam venit series Historiæ sacræ inde ad Christum usque, id quod à nobis fit Tabulâ istâ 11, cujus initium facimus à soluta Captivitate per Cyrum, repetitis paucis & extremis tabulæ decimæ annis, à primo Persicæ Monarchiæ anno, sive à soluta Captivitate, ad sextum usque Darii Hystaspidis annum. Quis autem sit inde ad Christum usque annorum numerus, non obscure ex Scriptura colligitur & conjicitur subsidio oraculi, quod habetur Danielis cap. 9, de septuaginta annorum Hebdomadibus, quas Angelus prædicit intercessuras ab Edicto de reædificandis Jerosolymis ad Christum usque. Hebdomades enim illæ complectuntur annos 490. Verum magna est inter Chronologos de harum Hebdomadum tum initio tum fine, controversia. Alii enim eas inchoant à primo imperii Cyri anno, easque finiunt in Christi nativitate. Alii à secundo Darii Nothi anno eas deducunt, & terminant in ultima Templi & Jerosolymorum per Titum Vespasianum everfione. Alii à vigesimo Artaxerxis Mnemonis anno

ad eandem Jerosolymorum per Romanos everfionem extendunt. Alii à vigesimo Artaxerxis Longimani anno ad Christi usque passionem & mortem eas producunt. Nos eas, cum Fratre τῷ μακαρίῳ Jac. Capello in Historia sua Sacra & Exotica, aliis que accuratis Chronologis & Astronomis, inchoamus à septimo Artaxerxis illius Longimani anno, easque deducimus ad Christi mortem & passionem, quæ sententia nobis venit demonstranda, confirmanda, aliæque refellendæ.

Tabulam hanc construximus ex serie Regum Persarum, Græcorum & Assamonæorum, quorum alii aliis immediatè, aut quasi immediatè successerunt, ad Christum usque natum. Ex qua constat à primo imperii Cyri anno, sive à soluta per eum Captivitate ad Christi nativitatem annos esse 529, hoc est, annos fermè quadraginta supra 490 annorum Danielis Hebdomadum numerum. Ab anno autem Artaxerxis Mnemonis vicefimo ad everfam per Romanos Jerosolymam anni sunt duntaxat 450, aut 452, non verò 490. Ab anno verò vigesimo Artaxerxis Longimani ad Christum passum & mortuum, anni sunt 47, sive tredecim minùs quàm 490 uti ex Tabula ista constat. Ab anno denique secundo Darii Nothi ad everfam usque per Titum Vespasianum Jerosolymam anni quidem sunt 490, vel 492, sed nullum apparet in Scriptura vestigium Edicti ab eo facti de instaurandis Jerosolymis, unde tamen Angelus

inchoandas esse censet septuaginta Hebdomadas. Deinde, nec finiendæ etiam veniunt Hebdomades in Ierosolymorum everfione, fed in Christi morte & passione, uti mox ostenderetur. Tertio, nimum esset intervallum inter ceptam Templi instauracionem sub Cyro, & ejus consummationem sub isto Dario Notho, nimirum annorum ut minimum 100. Soluta est enim Captivitas anno ab Exodo 1066, cœpit regnare Darius Nothus anno ab Exodo 1173, uti ex Tabula nostra constat. Darius quidem Hyftaspis F. anno regni sui secundo Edictum fecit de instaurando Templo, admodum favorabile. Verùm ab eo Edicto ad everfam per Romanos Ierosolymam anni sunt minimum 587, hoc est anni ferme centum supra 490 numerum. Ab eodem autem anno secundo Darii Hyftaspidis ad passum usque Christum anni sunt 549, vel 550, hoc est anni 60, supra 490. Ab eodem denique ad Christum natum anni sunt 517, hoc est anni 27 supra 490. Ab anno autem secundo Darii Nothi ad passum Christum anni sunt 453, ad natum verò Christum anni duntaxat 420, hoc est anni 70 infra 490. Quare non potest Hebdomadam initium duci à secundo Darii sive Hyftaspidis, sive Nothi anno, neque etiam à vigesimo, sed à septimo Artaxerxis Longimani anno ad mortem usque Domini nostri Jesu Christi, quod spatium est annorum 490, uti ex hac Tabula nostra 11, liquet, tum ex Diagrammate, sive Elencho hîc subiecto annorum Monarchiæ Persarum, à soluta Captivitate ad devictum ab Alex. M. Darium Codomannum; inde Græcorum Alexandri successorum ad mortem Prolomæi Philometoris, sive initium Jonathanis Assamonæi; denique inde ad Herodis mortem, sive natum Christum.

Cyrus à soluta Captivitate regnavit annos duntaxat 3.

Cambyfes ejus F. & Magus annos 8, vel septem. Josephus sex duntaxat ei tribuit, Magis verò annum unum.

Darius Hyftaspis F. annos 34. Alii tribuunt illi annos 36.

Xerxes, annos 21.

Artaxerxes Longimannus, an. 41. Alii tantum 40.

Darius Nothus 19.

Artaxerxes Mnemon, 43.

Ochus, 23. Arces, 2. Alii 3.

Darius Codomannus ab Alex. M. devictus, 7.

Summa annorum Imperii Persici, 201, vel 203.

Alexander M. post devictum Darium regnat annos 6.

Ptolemæus Lagides, 39.

Ptol. Philadelphus, 38.

Ptol. Evergetes, 24.

Ptol. Philopator, 19.

Ptol. Epiphanes, 33.

Ptol. Philometor, 30.

Summ 179.

Jonathan Assamonæus, post, vel circa mortem Philometoris adepto Sacerdotio à Seleucidis, & coronâ regiâ, nono vel decimo post fratris Judæ Machabæi mortem anno, regnavit an. 9.

Simon Jonatanis frater, annos 8.

Joh. Hyrcanus, an. 30.

Aristobulus an. 1.

Alexander Jannæus an. 26.

Alexandra ejus vidua, an. 9.

Aristobulus ejus filius, an. 6.

Hyrcanus & Antigonus ejus frater, cum Antipatro ad Herodem usque ad an. 23.

Herodes M. an. 37.

Summa Assamonæorum, ad Christum usque, anni 149, vel 150.

Universa annorum à soluta captivitate ad natum Christum, summa, an. 530.

Quibus si addas an. 33, quibus Christus vixit ad passionem usque suam, anni erunt in universum 563, à quibus si subducas an. 70, vel 72, qui fluxerunt à soluta captivitate usque ad septimum Artaxerxis Longimani annum, unde initium facimus Hebdomadam, restant an. 490, vel 491. Quod si in particularibus quibusdam Regum illorum annis assignandis unus aut alter annus modò ab uno Scriptore vel Historico tollitur, modò ab alio additur, prout interdum variant atque discrepant Scriptorum & Historicorum in nonnullis sententiæ; non multum id facit ad immutandum annorum in universum summam, quominus inveniatur ab initio Hebdomadam, sive à septimo Artaxerxis Longimani anno ad Christi mortem an. 487, vel 490, ita ut vitiligare de anno uno vel altero, qui plus vel minus sit, otiosum & superfluum videatur, cum id imputari possit, & debeat Scriptorum error & lapsus, qui non sunt satis accurati in notandis singulorum, de quibus scribunt, resque gestas narrant, annis. Porrò hîc observare licet multiplicem ἐπιχρονιάδος notationem, quam Dei providens sapientia in administrandis Judæorum rebus voluit intervenire: prima est annorum 70, quos assignavit tum Captivitati populi, tum desolationi & vastitati Templi: secunda est annorum item 70, qui à soluta captivitate intercesserunt ad Edictum Artaxerxis Longimani de reedificandis Ierosolymis; & instauranda Judæorum per Esdram & Nehemiam πολιτεία, & Repub. Tertia est 70 Hebdomadam annorum, ab Edicto illo ad Christi mortem. Quarta denique & ultima 70 annorum, qui fluxerunt à Christi nativitate ad Templi & Ierosolymorum per Romanos everfionem, totiusque Judæorum Politiciæ & Reipubl. subverfionem.

Sic putamus breviter & aliorum de 70 Hebdomadibus sententias refutasse, & nostram confirmasse. Unde liquet Scaligerum, qui earum initium ducit à secundo Darii Nothi anno, insigni paroramare Edictum Darii Hyftaspis de reedificando Templo, tribuisse Dario Notho, inter quos intercedunt tamen anni ut minimum 96, ac pæne centum, & præterea Edictum de reedificando Templo accepisse pro Edicto de reedificandis Ierosolymis. Sed ut res tota illa clarior fiat, fortiùsque & latius confirmetur, ipsa oraculi de 70 Hebdomadibus verba, quæ habentur Dan. cap. 9, veniunt nobis expendenda. Ea sic habent.

Verf. 23. *In initio deprecationum tuarum exiit verbum* (hoc est mandatum Dei de me ad te mittendo) *& ego veni ad indicandum tibi, quia vir desideriorum tu es* (hoc est Deo gratus & acceptus) *& intelligens in urbe*

verbo Dei, & intelligens in visione, quia jam antea Deus multa tibi arcana revelavit, noluit & istud te latere. *Vel, intellige verbum hoc Dei, & percipe visionem istam.*

Verf. 24. *Septimana* itaque *septuaginta* נְחֻמָּה (hoc est decreta) sunt à Deo super populum tuum, & super civitatem tuam sanctam לכלא ad cohibendam (vel coercendam) defectionem (sive pravaricationem) וְלַחֲתֹם (juxta תֹּבִיבָה) ad obfignanda (vel juxta קְרִיָּה) להתם ad consummanda (hoc est abolenda) peccata, & ad expiandam iniquitatem (sive, ad propitiationem faciendam pro iniquitate) & ad adducendam justitiam seculorum (hoc est æternam, in æternum duraturam) & ad obfignandum visionem & prophetiam (hoc est prophetias de Christo venturo) & ad unguendum Sanctitatem Sanctitatum (sive Sanctum sanctorum) Christum puta, qui est Dei filius longè sanctissimus, quique non אֵיךְ & simpliciter, sed תֹּבִיבָה ipsa Sanctitas ab Angelo B. Virgini conceptionem ejus annunciantem, nuncupatur Luc. 1. 31. תֹּבִיבָה מעוֹבֵר עַל אֵיךְ אֵיךְ, quod ex te nascetur Sanctum vocabitur Filius Dei.

Verf. 25. *Cognosces* itaque & intelleges, quod ab exitu verbi (hoc est Edicti Regii) להשיב ולבנות de readificanda Jerosolyma usque ad Messiam Ducem, septimana sunt septem & sexaginta duas, sive in universum sexaginta novem) quo temporis spatio תֹּבִיבָה readificabitur plarea & fossa, idque in angustia temporum.

Verf. 26. *Et post septimanas sexaginta duas* exscindetur Messias (hoc est Dominus N. Jesus Christus,) at non sibi (hoc est non sui, sed nostri gratiæ, atque in salutem nostram) & urbem (Jerosolymam) & Sanctuarium (Templum Jerosolymitanum) destruet populus Ducis venturi (hoc est, Romani duce Tito Vespasiano,) & finis ejus (Sanctuarii scilicet, vel populi Judaici) erit in exundatione, & usque ad finem belli decreta est desolatio, hoc est, bellum Romanorum adversus Judæos, Templum & Urbem diluvio veluti quodam inundabit, atque erumpet in summam à Deo decretam gentis Judaicæ desolationem.

Verf. 27. *Et confirmabit* (Christus scilicet) fœdus (Evangelicum) multis (ex populo Judaico) per Septimanam unam (ultimam nempe תֹּבִיבָה) & in medio Septimana (hoc est, in postrema dimidia Septimanae illius parte) facit cessare (morte sua, quæ est sacrificiorum omnium complementum & finis) sacrificium & munus (hoc est, Judaica sacrificia & ritus atque cæremonias omnes legales) & per aliam abominationum (sive, abominabilem) desolantem (hoc est, desolationis causam,) & usque ad consummationem & definitiorem (vel usque ad consummationem à Deo definitam) stillabit (ira Dei fervens) super desolatum Judæorum populum, qui tum è terra sua à Romanis ejicietur, & in omnes mundi plagas dissipabitur.

Manifesta est hæc Prophetia apud Christianos, de Christo ejusque adventu, morte, passione, mortisque effectis, peccatorum nimirum expiatione, remissione, justificatione, sanctificatione, Evangelii prædicatione, Legis Mosaicæ Cæremonialis & Politicæ abolitione, Templi & Urbis Jerosolymitanæ everfione, ac populi

Judaici dissipatione, atque in omnes mundi plagas, qualis hodie, jam à multis sæculis videtur, dispersione. Neque tamen necesse est postrema ista de Templi & Urbis everfione, & populi Judaici dispersione verba comprehendi in complexu 70 Hebdomadum in eòq; concludi illarum finem, quæ in Christi passione terminantur, ista inveniantur completa, quod & sanè factum est. Nam 7 post Christi passionem annis Templum incensum, & Jerosolyma funditus everfa est, & Judæi patriæ ejiciuntur, totaque Judæa subhastata est. At Christi passio & mors (quæ est actus ipsius maximè memorabilis & gloriosus,) per quam facta est peccati expiatio & consummatio atque abolitio, & remissio, per sufficientem satisfactionem, ejusque item cohibitio seu repressio per Spiritum sanctificantem, quem Christus concedit & largitur, incidit in finem septuaginta Hebdomadum, sive 490 annorum.

Omnino ergo (ut breviter tota hæc Prophetia elucidetur) *Septimana septuaginta* (verf. 24.) à Deo decreta sunt super populum Judaicum, & super urbem sanctam Jerosolymorum, quæ sæpius in Scriptura sancta nuncupatur, ad cohibendam, vel coercendam. (per Spiritum sanctificantem, qui sub Evangelio per Christum indulgetur) pravaricationem, sive insitam nobis à natura corruptionem, quæ prius sub fœdere Legali per Spiritum servitutis vigeat, & quasi æstuabat atque exundabat. Ad consummanda item, seu abolenda, peccata, per gratuitam eorum in Christi sanguine, remissionem, ad propitiationem faciendam in eodem sanguine per sufficientem satisfactionem, pro iniquitate omnium hominum, ad adducendam, sive in lucem producendam, justitiam seculorum, sive Evangelii gratiam, quæ æterna est, & à sæculo in sæculum durat, per quam omnes qui unquam servati sunt, & in posterum servabuntur ad finem sæculorum, salutem obtinent & vitam æternam. Ad obfignandam etiam (sive te complementum) visionem & prophetiam, quæ complementum suum habent omnes in Christo, ejusque morte & resurrectione atque in cælum ascensione terminantur plæræque: denique ad unguendum Sanctum sanctorum, hoc est Christum, quod ad eò factum est tum in ejus Baptismo, quum Spiritus sanctus (qui est unctio & oleum spirituale, quo Christus unctus est supra omnes consortes suos) in eum descendit, atque in munus suum Mediatorium inauguratus est per patris vocem cælitus editam, *Hic est filius meus dilectus, in quo complacui, hunc audite;* tum in Christi ascensione in cælum & sessione ad Patris dextram, quum promissionem unctionis Spiritus Paraclæti accepit à Patre, & die Pentecostes è cælo in Apostolos suos demisit, quos replevit Spiritu sancto, eòsque unxit unctione Spiritus, per quam Christiani & dicimur & sumus. Hæc omnia facta sunt, & terminata in Christi Baptismo, prædicatione, morte, Passione, Resurrectione, Ascensione, & Sessione ad Patris dextram, ita ut planum sit septuaginta Hebdomas isthic ex Angeli mente & sententia claudi atque terminari debere.

Ubi sic finem Hebdomadum Angelus designavit, earundem initium verf. 25, his verbis denotat, *Cognosces & intelliges quod ab exitu verbi de readificandis Jero-*

*folymis ad Messiam usque Septimana sunt septem & sexaginta dua.* Quibus designat Edictum quoddam Regium de instauranda Jerofolyma. Illud autem est quod habetur Esdræ cap. 6. quodque ab Artaxerxe Longimano emanavit, & datum est Esdræ in Judæorum gratiam, ad instaurandam eorum Rempub. admodum favorabile. In quo etsi mentio non fiat exerta instauratio- nis murorum Jerofalem, ea tamen venit in eo subintel- ligenda & comprehendenda. Cur enim instauratio nem murorum vel prohibuisset, vel non concessisset Artaxer- xes ille, qui se usque adeo benevolam erga Judæos eo Edicto præbet. Hæc murorum instauratio cum ab Es- dra non fuisset cœpta, nedum perfecta, utpote qui potif- simum (quatenus peritus Legis Scriba & Doctor) rerum sacrarum & cultus divini in Templo, atque Politia & Reipubl. instauratio ni vacaret, atque incumberet, an- nis postmodum tredecim, quum Nehemiæ nunciatum esset Jerofolymam jacere adhuc desolatam, muros ejus esse disruptos, & portas igne incensas, Nehemias pio zelo motus, anno Artaxerxis vigesimo speciale & sin- gulare de reædificandis Jerofolyms Edictum impetrat, vel potius præcedentis Edicti (quoad murorum instau- rationem) confirmationem obtinuit, quod exstructio il- la murorum à Judæorum hostibus impedita ideo videat- ur, quod prius Edictum nihil de ea specialiter continer- et, aut loqueretur. Ita Edictum de reædificanda Jero- folyma non est constituendum in vigesimo, sed in septi- mo Artaxerxis anno; siquidem Edictum quod Nehemiæ concessum est, videtur fuisse tantum confirmatio præce- dentis, & veluti quædam ejus explicatio, & ad ejus exe- cutionem pertinuit. Quomodo ergo etsi Cyrus Edicto suo potestatem Judæis reducibus fecisset reædificandi Tem- pli, tamen quia ad hostium accusationem impedita est Templi instauratio, opus eis fuit alio Edicto, quo Tem- pli instauratio illis concederetur, quod illis concessum est à Dario Hystaspide anno regni sui secundo. Sic etsi ab Artaxerxe per Esdræ concessum anno regni sui septimo, potestas Judæis tacite data esset muros Urbis suæ instaurandi, tamen quia ea instauratio impedita videretur ab eorum hostibus, ideo quod Edictum de ea nihil exer- tere haberet, opus fuit alio Edicto, præcedentis illius veluti ἐξουχισμός, quo exerte potestas fieret Nehemiæ muros instaurandi, nec tamen propterea Edictum de instaura- tione Jerofolymorum, cujus Angelus mentionem hîc facit, his verbis, *ab exitu verbi*, constituendum est in vi- gesimo, sed in septimo Artaxerxis anno; utrumque e- nim pro uno eodemque ejusdem Regis Edicto in eun- dem finem dato, accipiendum est, sed cujus executio quoad murorum exstructionem, vel cœpta non fuerat, sed neglecta & omissa (forte per impotentiam,) vel ab hostibus circumvicinis ex *κακωνδελία* impedita fuerat. Itaque ex consequenti, Hebdomadam initium non est in 20, sed in 7 Artaxerxis anno collocandum; etenim à septimo, non verò à vigesimo, illius anno ad Christi mortem & resurrectionem anni sunt præcisè 490, uti ex hac nostra Tabula undecima, & antecedentibus ad eam Notis planum est. Fuerunt autem duo Persarum Reges, nomine *Artaxerxes* nimirum prior iste *Longi- manus*, seu *μανρόχης* dictus, alter verò *μνήμων*, *Mne- mon*, seu *Memor* cognominatus, quod memoria vi mi-

rum in modum polleret atque excelleret. Ac de Longi- mano intelligendum est Edictum istud, non de Mne- mone, supra enim ostensum est, quod à vigesimo Arta- xerxis Mnemonis anno ad Christi mortem non sunt anni nisi 416, non verò 490.

Porrò dicit Angelus vers. 25, ab Edicto illo de re- ædificandis Jerofolyms *ad Messiam Ducem Septima- nas esse septem & sexaginta duas*, hoc est 69, eaque in- tegras, quibus præterea addendum dimidium primum ultimæ, sive septuagesimæ, Septimanæ, hoc est, in uni- versum annos 487, qui intercedunt ab anno septimo Artaxerxis Longimani ad Christi usque Baptismum, reliqui tres anni, sive posterior ultimæ Septimanæ pars tribuitur (vers. 27.) Christi prædicationi, his verbis, *Et confirmabit* (Christus) *Fœdus multis per Septima- nam unam, & in medio Septimana* illius ultimæ, *faciet cessare Munus & Sacrificium* morte sua, in qua de jure illa cessarunt, etsi de facto in Templi & Jerofolymorum duntaxat eversione cessarint, quia Synagoga fuit cum honore sepelienda, nec statim in Christi morte Cære- moniæ totiusque cultus Legalis fuit de facto abolendus. Sensus ergo est, fore ut Christus in ultima, seu septuagesi- ma Septimana per prædicationem suam confirmaret Judæis Fœdus gratiæ, seu Evangelicum, à Baptismo scilicet suo ad mortem usque suam, per annos tres cum dimidio, quibus prædicavit Evangelium.

Quod autem dicit, *In medio Septimana faciet ces- sare munus & sacrificium*, quod factum est proprie in in morte Christi, quæ in fine, non in medio Septimanæ illius contigit, id ita verum est, quia in Christi Baptismo, & initio prædicationis ipsius cœpit mori Synagoga, cum umbratili suo cultu, etsi nondum rum planè mor- tua esset. Evangelii enim prædicatione cultum spiritua- lem (cujus Legalis typus & umbra fuit) docet & postu- lat, qui cultus spiritualis succedere de jure debuit car- nali & umbratili, juxta illud Christi: *Veni horacadeo- que jam est, in qua qui Deum adorant adoraturi sunt eum in spiritu & veritate.* Deinde verba Angeli. *והי השבוע* reddi possunt, non in medio septimana, sed di- midia septimana. Vernaculè diceremus: *Il fera cesser en une demie semaine l'oblation & le sacrifice.* nimirum, in ultimæ Septimanæ dimidia parte postrema, quam totam insumpsit Christus à Baptismo ad Passio- nem, in Evangelii prædicatione. Sunt qui Danielis Hebdomadas complecti nolunt annos 490 totos, sed duntaxat, 477, ut Christus secundum eos, passus sit in medio ultimæ Septimanæ, idque nixi his Angeli verbis *in medio Septimana faciet cessare munus & sacrificium.* Sed clara sunt & expressa superiora Angeli ejusdem verba, *Septimana septuaginta decisa sunt super popu- lum tuum, &c.* quæ non sunt sollicitanda aut vexanda, vel annorum numerus minuendus sine evidenti neces- sitate, quæ nulla videtur hîc tringere aut cogere. Quam- quam parum interest, si quis hanc, vel illam, tueatur & sequatur sententiam, totum nempe hoc discrimen (quod quantillum sit videre est) pender ab accuratiore, vel scrupulosiore & morosiore, Epilogismo particulari an- norum Regum Persarum, Macedonum & Assamonæorum ab Artaxerxe ad Christum usque, in quo trium aut quatuor annorum variatio inter tot, qui de iis scri- pte-

pservunt, auctores & Historicos, nemini mira videri debet, multo minùs in dubium vocare Angeli oraculum, aut nostram illius explicationem, aut eam postponere illis, qui aliud initium, aliùmq; Hebdomadum finem constituant, vel fingunt potius.

Alii dimidiam hanc Septimanam intelligunt de tribus annis cum dimidio, quibus bellum à Romanis adversus Judæos gestum est, in cuius fine Templum & Jerosolyma eversa sunt. Sed durum nimis videtur dimidiam hanc Septimanam à reliquis divellere (& tanto hiatus, annorum 34, avellere) quarum pars illa esse videtur. Verùm dato hoc, etsi non concessio, manet hoc semper, septuaginta Septimanas terminari ab Angelo in Christi Passione. Porro illud *עד המשיח* usque ad Messiam, non est accipiendum de Christi nativitate, sed de ejus Baptismo, tum enim propriè Jesus factus fuit *Christus*, hoc est, unctus per Spiritum in eum descendentem, tumque in munere suo Mediatorio propriè inauguratus est; distinguenda nempe est, non divellenda Christi Persona, ab ejus Munere, Vox *Christus*, sive *Unctus*, Munus ejus propriè denotat, non Personam nisi secundariò. In Christi conceptione & nativitate factus est quidem ille *θεὸς ἐκ πατρὸς*, qualem oportebat esse Mediatorem nostrum, cum priùs tantùm esset *θεός*, at nondum tamen erat tum factus CHRISTUS, hoc est, constitutus in munere suo Mediatorio, id quod propriè factum est in Baptismo.

Quod addit Angelus, *תשוב ונבנתה* reedificabitur platea & fossa, non sunt ita accipienda, quali in fine demum 69 Septimanarum sit reedificanda platea & fossa, hoc est, Jerosolymorum muri & munitio sint instaurandi, sed simpliciter, quòd in complexu illarum 69 Septimanarum, sit reedificanda Jerosolyma, cui reedificationi opponit deinde ejusdem eversionem *per populum Ducis venturi* (vers. 26.) hoc est, per Romanos sub ductu Titii Vespasiani eorum Ducis seu Imperatoris. Ita ut prædicat hic Angelus ad Judæorum consolationem, Jerosolymam esse intra complexum septuaginta illarum Hebdomadarum, instaurandam, sed simul etiam innuat eam esse post earundem finem, evertendam atque diruendam per Romanos, nondum tum *rerum Dominos*. Frustra itaque videntur esse illi qui volunt reedificationem istam factam esse per sparium septem Septimanarum, seseque torquent & fatigant in assignandis quadraginta novem annis quos in illa reedificatione insumptos esse volunt, cum simpliciter dicat Angelus ista esse instauranda intra complexum septem & sexaginta duarum (hoc est, sexaginta novem) Septimanarum. Quare quòd sequitur vers. 26 *post Septimanas sexaginta duas excinditur Christus*, non est ita accipiendum quasi ab exitu verbi ad Christum, Septimanæ sint duntaxat sexaginta duæ, sed reperendæ sunt & subaudiendæ septem Septimanæ, de quibus in antecedentibus dixit, *ab exitu verbi usque ad Messiam septimanae sunt septem & septimanae sexaginta duas*, suntque illis conjungendæ, ut sensus sit, *Post septimanas septem & sexaginta duas* (hoc est 69.) *excinditur Christus*.

Excisioni Christi Angelus subjicit eversionem Jerosolymorum, tanquam justam facinoris illius mercedem, *Urbem*, inquit, *sanctam perdet et populus Ducis ven-*

*turi*, eam, inquam, subjicit, tanquam quid separatam à Septimanis, nec conclusum in earum spatio seu complexu, sed tanquam quid consecuturum Septimanas illas, in quarum fine Christus est excindendus. Eversio nem illam dicit futuram *cum exundatione*, hoc est, fore ut Judæa tota veluti diluvio quodam inundetur Romanorum copiis & exercitibus, idque usque ad finem belli, quo desolatio Judææ & Jerosolymorum à Deo decreta est. *Ala autem abominabilis & devastans per quam consumptio fiet, & ira Dei effunderetur* (seu, *stillabit*.) *in desolatum Judæorum populum*, videtur esse non tam Romanorum exercitus, quàm factio Zelotarum, qui Templi partem interiorem occupabant & tuebantur adversus Romanos, quique pertinaciâ suâ obstinatissimâ causa fuerunt eversionis Templi & Jerosolymorum, uti à nobis explicatum & demonstratum est in Spicilegio nostro ad Matth. 24. 15.

Sententia nostra de septuaginta Hebdomadibus inchoandis à septimo Artaxerxis Longimani anno ad Christi passionem (quòd nimirum inter utrumque terminum illum intercedunt anni præcisè 490.) præter superiora hinc rursus comprobatur. Orosius lib. 7. c. 3. Christum dicit natum esse A. U. C. 752, quòd cum Tabula nostra convenit. Idem cap. 4. dicit Tiberium successisse Augusto anno Urbis conditæ 767. Ergo annus Tiberii 15, quo Christus baptizatus est, incidit in annum Urbis conditæ 781, & Christi passio in A. U. C. 785, quòd planè cum Tabula nostra congruit. Idem lib. 3. cap. 16. initium Alexandri M. collocat in anno Urbis conditæ 426. Nos in Tabula nostra in A. U. C. 424. Discrimen duorum est duntaxat annorum. Arrianus lib. 7. ex Alex. M. diariis scribit Alexandrum mortuum esse Olymp. 114. Hieronymus in Daniele dicit mortuum esse Olymp. 113. sed mendum est, legendumque 14. Josephus in Appionem: *Omnes*, inquit, *fatentur Alexandrum obiisse Olympiade centesimâ decimâ quartâ*. Id quòd cum Tabula nostra convenit. Eusebius Artaxerxis Longimani initium attribuit anno primo Olympiadis 79. Id quòd satis congruit cum Tabula nostra, quæ illud collocat in anno ultimo Olympiadis 78. Idem Eusebius Magorum cædem à Dario Hystaspide factam, & Darii initium conjicit in annum ultimum Olympiadis 64. Nos in Tabula nostra in annum primum Olymp. 65. Discrimen est unius duntaxat anni. Hieron. in Dan. cap. 9. scribit, *Alexandrum M. mortuum esse anno 236. regni Persarum quòd cæperat primo anno Olympiadis 15, quo tempore Cyrus Babylonios superavit*. Cæpit fanè regnum Persarum anno primo Olympiadis 55, at non quo tempore Babylonios superavit, sed quando Cyrus primò regnare cæpit in Perside, post patris mortem. Id quòd satis congruit cum Tabula nostra 13, in qua regni Cyri in Perside initium collocamus in anno tertio, vel secundo Olymp. 55.

His ita constitutis, si secundum Eusebium Artax. Longimanus regnare cæpit anno primo Olympiadis 79. annus ejus septimus incidit in annum secundum Olympiadis 85, sive annum Iphici 322, & Urbis conditæ 296, cum Christus secundum Orosium natus sit anno Urbis conditæ 752, ac proinde passus anno Urbis conditæ 785. Liqueat ab anno sexto vel septimo Artaxerxis

xerxis Longimani ad Christum passum annos esse 489, vel 490. Si enim ex anno Urbis conditæ 785, quo Christus est passus, subducas annum Urbis conditæ 296, vel 295, in quem Artaxerxis Longimani annus septimus incidit, restant anni 489, vel 490. Ita demonstratur numerus annorum septuaginta Hebdomadum Danielis à septimo Artaxerxis Longimani anno ad Christum usque passum, & Tabula nostra sic confirmatur.

Atque in tota ista annorum serie à prima Judæorum Captivitate Babylonica sub Jechonia, ad ultimam usque per Romanos ad Titum Vespasianum observanda venit multiplex rerum, quæ eo temporis spatio Judæis contigerunt, per septenarium & septuagenarium numerum (qui in Scriptura sacer est) dispositio atque dispensatio, Sapientiæ Dei, qui omnia in numero, pondere & mensura facit, convenientissima. Eo enim temporis intervallo contigit Iudaico populo duplex Captivitas, seu calamitas & desolatio, utraque septuagenaria, duplex item liberatio atque instauratio, una pariter septuagenaria, altera verò annorum septies septuaginta, sive Hebdomadum septuaginta, denique liberationi opposita ruina & casus extremus Judæorum: utrumque itidem per annos septuaginta, ac tandem liberationi temporali & carnali succedens & opposita liberatio spiritualis per Christum. Duplicis populi Iudaici Captivitatis, sive desolationis, prior inchoata tantum fuit sub Jechonia, altera completa, & totalis sub Sedecia, utraque septuagenaria. Nam (uti antè probatum est) ab abducto in captivitatem Jechonia ad solutam captivitatem Babylonicam per Cyrum, anni sunt 70, juxta Jeremiæ prophetiam, & ab everso Templo sub Sedecia, usque ad ejus instauracionem per Darium Hystaspidem anni sunt itidem 70. Liberatio pariter & instauratio in integrum populi illius duplex etiam fuit, prior inchoata tantum & semiplena atque imperfecta, per Cyrum ad Artaxerxem usque Longimanum, & hæc rursus septuagenaria, nam ab Edicto Cyri ad Artaxerxis Edictum anni sunt 70, vel ad summum 72. Altera plenior & perfectior, per Artaxerem, politia enim civilis & Ecclesiastica, totiusque Dei cultus Legalis sub eo per Esdram & Nehemiam restituta sunt in integrum, atque hic Judæorum status non fuit duntaxat annorum 70, sed septuaginta Hebdomadum, sive septies septuaginta annorum. Hæc liberatio fuit tantum temporalis, & populi carnalis Iudaici, durante fœdere & œconomia Legali & Mosaica, cui succedit liberatio spiritualis animarum per Christum, in ejusque morte, in fine septuaginta Hebdomadum à Daniele prædictarum, atque in fine Oeconomiae Mosaicæ, & Ecclesiæ Judaicæ, quæ ubi desinit, ibi incipit Christiana, ubi fœdus verus & legale abrogatum est per Christi mortem, tum novum & Evangelicum inchoatum est per Apostolorum, die Pentecostes, prædicationem, quæ prima Ecclesiæ Christianæ fundamenta jacta sunt. Denique liberationi Judæorum inchoatæ per Cyrum, quæ per gradus & paulatim facta & promota est per annos 70, ad Artaxerxem usque, opponitur eorundem casus & ruina, quæ paulatim & per gradus facta est, à Christo nato ad everfam per Romanos Ierosolymam, per annos itidem 70. Atque ut à Cyri Edicto quo Judæorum cœpit liberatio ad Darii Hystaspidis E-

dictum de instaurando Templo, quo liberatio illa, & Judæorum status atque conditio in melius promota sunt, anni sunt decem, vel undecim; sic ab Herodis morte, & Christi nativitate, quum res Judæorum, eorumque status cœpit collabescere, & ruere in deterius, donec Iudæa in provinciam redacta est, & sub jugum Romanorum missa, Archelao Herodis filio in exilium missa, anni sunt pariter decem vel undecim. Ac quomodo à Darii Edicto ad Artaxerxis Edictum nihil in Scriptura narratur memorabile de status & conditionis Judæorum in melius per annos 60 mutatione: Sic ex quo Judæa in provinciam ab Augusto redacta est, ad bellum illud, quo res eorum à Romanis penitus attritæ sunt, & eorum Respub. funditus everfa est, nihil memorabile occurrit, quod spectet status & conditionis eorum in deterius mutationem per annos pariter 60, quo tempore *desolatio à Deo decreta effusa est usque ad belli finem in desolatam Judæorum populum*, juxta Oraculi verba.

Cæterum Tabulam nostram, atque in ea Historiæ seriem continuavimus ad everfam usque Ierosolymam, & ultimam Judæorum per Romanos Captivitatem factam anno à Christi nativitate septuagesimo, tum ad Historiæ sacre illustrationem & Chronologiæ nostræ confirmationem, tum ad demonstrandum ultimum Judæorum casum & ruinam progressum habuisse à Christi nativitate per annos 70, quomodo eorum prima liberatio & instauratio à Cyro ad Artaxerxem Longimanum fuerat per annos pariter 70. Tum quia in Oraculo de septuaginta Septimanis mentio fit everfionis Ierosolymorum, ita ut quidam ista verba, *in medio septimana faciet cessare munus & sacrificium*, accipiant de tribus illis annis & dimidio, quibus duravit bellum Iudaicum, quo tandem everfa est funditus Ierosolyma, ac tota Judæorum Respub. Denique quia Scaliger, & cum eo alii nonnulli septuaginta Hebdom. inchoant à Dario Notho, & deducunt ad everfam Ierosolymam, per annos 490, quot revera sunt à secundo Darii Nothi anno, ad septuagesimum à Christo nato annum, quo everfa est à Romanis Ierosolyma, uti ex hac nostra Tabula liquet, in qua secundus Darii Nothi annus est mundi annus 3682: annus autem quo everfa est Ierosolyma, sive septuagesimus à Christo nato annus, est mundi 4172, à quo si deducas 3682, restant anni 490 intermedii.

Liber hic ad Historiæ sacre & Chronologiæ nostræ tum illustrationem, tum confirmationem, ea subjicere, quæ Josephus ad calcem lib. 20. Ant. Judaicarum habet, ubi seriem Summorum Pontificum Judaicorum summatim describit, quibus subnectimus eam seriem, quam ipsi tum ex Scriptura, tum ex ipso Josepho contexuimus, quàm potuimus accuratè, ex quibus & ex hisce nostris Tabulis chronologicis licebit deprehendere varia Josephi in Breviculo isto admittenda, quæ nos ad illius calcem annotamus. Sic ergo ille. Ab Aarone ad ultimum, qui tempore belli Judaici à Zelotibus constitutus est, fuerunt summi Pontifices 83. Horum ab Aharone ad conditum à Salomone Templum, Tabernaculo ministrarunt 13, per annos 612. Inde ad Captivitatem Babylonicam & abductam Iosedecum fuerunt 18 Pontif. per annos 466. A soluta per Cyrum captivitate, & Jesu Iosedeci filio, ad regem usque Antiochum

AB INITIO IMPERII PERSARUM AD EVERSAM JEROSOLYMAM. 73

Eupatora fuerunt 15 Pontif. per annos 413, cum status Iudæorum esset popularis. Hic Antiochus Oniam cognomento Menelaum vitâ & Sacerdotio simul privavit, depulsôque à Sacerdotio ejus filio Iakimum (aliàs Alcimum) summum constituit Pontificem, natum quidem ex Aharonis progénie, at non ex eadem cum illo familia. Iakimus exacto in Pontificatu triennio, obit nemine successore relicto, ac per septem annos vacavit sine Pontificè civitas. Tum Assamonæi excusso Seleucidarum jugo, regnum simul cum Sacerdotio tenuerunt à Ionatha Iudæ Machabæi fratre ad Herodem usque magnum per annos 104, & menses sex, hoc ordine: Jonathas Pontificatum tenuit annos 7, Simon 8, Hyrcanus 31, Iudas sive Aristobulus annum unum, Alexander Iannæus 27, Hyrcanus 9, Aristobulus annos 3, menses 3. Huic à Pompeio substituitur præcedens Hyrcanus, qui depulsus ab Aristobulo fuerat. Hyrcanus isterursus Sacerdotium cum principatu tenuit per annos 23. Cui succedit Antigonus Aristobuli F. à Parthis regno & Sacerdotio restitutus per annos 3, qui ab Herode expugnatus vitâ, regno & Sacerdotio privatus est. Ab Herode ad Templi excidium fuerunt 28 summi Pontif. per annos 107, quorum nulli ex Assamonæorum familia & genere fuerunt, nisi unus Aristobulus Hyrcani à Parthis capti & Babylonem abducti nepos, & Mariamnes Herodis conjugis frater, sed promiscuè ex Sacerdotum etiam obscurissimorum ordine & genere pro arbitrio eorum, penes quos rerum summa apud Iudæos erat, instituebantur & destituebantur, aut verò etiam datâ pecuniâ creabantur.

De horum omnium summorum Pontificum serie & ordine videantur tres sequentes Tabulæ, quas ex Scriptura & Iosepho ipso construximus quàm potuimus accuratè. Undè & ex præcedentibus Tabulis nostris poterit quilibet facillè admissa à Iosepho in hoc Breviario *σφάλματα* animadvertere. Ac primò quidem quum ab Aarone ad ultimum, qui tempore belli Iudaici fuit, Pontifices numerat 83, liquet ex Tabulis sequentibus 80, vel 81, fuisse duntaxat summos Pontifices, nisi quis illis adnumeret tum Uriam qui tempore Achazi fuit, tum Alcimum, qui ex genere Sacerdotali non fuit, ab Antiocho Epiphane constitutus. Ab Aarone autem ad conditum à Salomone Templum, sive ad Hazariam, qui primus in Templo ministravit (eo non numerato) Sacerdotes fuerunt 143, non duntaxat 13, nempe Aharon, Phinees, Abischuah, Bukki, Huzzi, Zeraja, Merajoth, Amaria, Ahitub, Tsadoc & Ahimaas, ab Aharone per Phineez descendentes, tum Eli, Achimelech & Abjathar, ab Ithamarè. Quod autem ait, Pontifices illos fuisse per annos 612, verò propè esse non potest, nisi 1. Reg. 6. 1. pro 480 legatur 580, quomodo legendum esse docuimus ex Act. 13. 20; unde comprobatur sententia nostra, qua centum annos censemus addendos supra aliorum Chronologorum calculum ab Exodo ad conditum usque à Salomone Templum. Porro ex Tabulis nostris liquet non 612, sed duntaxat 591, aut 590. annos esse ab exstructo Tabernaculo ad absolutam Templi ædificationem, ejusque dedicationem. Nam ab Exodo ad cœptam Templi exstructionem anni sunt 580;

quibus addendi sunt anni 11, ad absolutam eius ædificationem, Tabernaculum autem absolutum fuit sub finem anni primi post Exodum, uti liquet ex Num. 1. 9. & 9. 1. & 10. 11. A condito Templo ad captivitatem Babylonicam numerat Iosephus Sacerdotes 18, per annos 466. At ex Tabula nostra prima liquet fuisse duntaxat 12, nempe, Hazaria, Iohanan, Hazaria, Amaria, Ahitub, Merajoth, Tsadoc, Schallum, Hilkia, Hazaria, Seraia, Johatladac, si modò Hazaria iste ultimus, qui Hilkijs subjicitur, diversus est à sequente Seraja, quod in notis nostris non putamus esse statuum; si etiam Jehosadac numerandus est inter eos, qui Captivitatem præcesserunt, cum Seraja ejus antecessor dicatur abductus Babylonem 2. Reg. 25. 18. Hi duo si è numero subducendi sunt, reliqui erunt tantum decem. Quin dato numerandos esse 12, atq; illis accensendos & annumerandos esse tres alios (nempe Zachariam filium Jojada, Uriam sub Achazo, & Iophoniam sub Sedecia, quod non videtur esse faciendum ob causas in notis nostris allatas) sic erunt in universum duntaxat 15, non verò 18. uti vult Iosephus. De inde ab absoluto Templo ad idem sub Sedecia eversum, anni sunt duntaxat 416, non verò 466, absolutum enim fuit Templum anno ab Exodo 591, eversum verò sub Sedecia anno 1007, uti ex tabulis nostris constat, aberrat itaque à vero calculo Iosephus annis 50. A soluta per Cyrum captivitate, & Jesu filio Josedeci ad Antiochum Eupatora numerat Iosephus Pontifices 15, per annos 413. Ac revera totidem fuerunt Pontifices, excluso ex eorum numero Alcimo, qui non fuit ex genere Sacerdotali, nec à Iudæis agnitus pro Sacerdote, utpote qui patriam religionem egeravit. At à soluta captivitate ad Jonathan, quem Iosephus vult Iakimo sive Alcimo successisse in Pontificatu, anni sunt 436, non verò 413, uti ex Tabulis nostris constat: solutio enim captivitatis incidit in annum ab Exodo 1007, Jonathæ autem Principatus & Pontificatus in annum 1443. Quòd si quis annos numerare velit non ad Ionathæ, sed ad Iudæ Machabæi Pontificatum; decennio antè Jonathan, anni erunt 426. Itaque à verò calculo aberrat hîc Iosephus annis 23, vel minimum 13. A Ionatha ad Herodem numerat annos 104, quibus Assamonæi Pontificatum cum regno tenuerunt. At secundum Tabulas nostras anni sunt 114. Nam Ionathæ Principatus incidit in annum ab Exodo 1444, Herodis verò initium in annum 1558. Sic error Iosephi est annorum decem. In numero verò tum Pontificum, tum annorum qui fuerunt ab Herode ad ultimum Templi excidium, parum, aut nihil aberrat Iosephus. Nam à nato Christo ad Templum eversum anni fuerunt revera 107. regnavit enim Herodes annos 37, sub cujus finem natus est Christus, à Christi autem nativitate ad excidium Templi & Ierosolymorum anni sunt 76. Pontifices autem fuerunt 28, si excludatur Phenazus ultimus, qui à Zelotis seditiosis sub finem belli electus est; quique propterea inter Pontifices non videtur numerandus. Sequuntur tres à nobis constructæ Tabulæ continentes seriem omnium Iudaicorum Pontificum ab Aarone ad ultimum, tempore excidii Ierosolymorum per Titum Vespasianum.

*Series summorum Pontificum, ab Aharone ad Jaddum, prout ea ex Scripturae locorum collatione colligi potuit.*

Anni quibus in Scriptura dicuntur regnasse.


Reges Juda, ordine successionis collocati, sub quibus Sacerdotes notantur in Scriptura functi esse Sacerdotio, ut inde vera Sacerdotum nonnullorum series elici possit.

Isti sex nullibi commemorantur nisi 1. Chron. 6. 3 & Esdr. 7. 3.

Isti sex omittuntur Esdr. 7. 3.

Hoc ordine recensentur hi omnes, 1 Chron. 6. 3. & seqq.

- Saul.
- 40 David.
- 40 Salomon.
- 17 Roboam.
- 2 Abijam.
- 41 Afa.
- 25 Josaphat.
- 8 Joram. 4.
- 1 Achazia. 0.
- 6 Athalia.
- 40 Joas. 37.
- 30 Amatzia. 28.
- 52 { Hofias, sive Hazaria.
- 16 Jotham. 8.
- 16 Achaz. 8.
- 29 Ezechias. 27.
- 55 Manasses.
- 1 Amon. 0.



- 31 Jofias
- o Joachaz.
- 11 Jehojakim.
- o Jehojachin, sive Iechonias.
- 11 Sedecias.

Hazaria, } Ex collatione 1. Chron. 9. 11. & Sophonias, tempore  
 | } Nehem. 11. 11. videntur hi duo Sedeciae secundarius  
 Seraja, } non nisi unus idemque esse, fuit Sacerdos, 2. Reg.  
 abductus à Nabuchod. unà cum Sedecia 23. 18. & Jer. 29. 26.  
 Babylonem, 2. Reg. 25. 18.

Jehorfadac, sive Josedec, abductus Efdras, qui rediit Jerosoly-  
 etiam Babylonem, 1. Chron. 6. 15. mam sub Artaxerxe.

Jeschuah, sive Jesus, rediit à Captivitate sub Cyro.

Jojakim, coepit (secundum Joseph.) Sacerdotio fungi initio  
 Xerxis Pers. Regis.

Eliafib, Josepho dicitur Eliacim.

Jojada, Josephus vocat eum Judam.

Hoc ordine sex isti collocantur, Neh. 12. 10.

Jonathan, qui & Johanan, Jesus à fratre Jonathane in ipso  
 Nehem. 12. 22, 23. Templo inter jurgandum occisus.

Jadduah, sive Jaddus, is Manasses, Nicaso filiam Sanballati  
 est, qui Alexandro M. Praepositi Samaritidis, ducit in uxorem, quam ob causam, cum nollet  
 obviam processit, secundum Josephum, eique eam repudiare, exclusus à Sacerdotio  
 Prophetiam Danielis ostendit, à quo propterea ad Socerum Sanballatum se confert,  
 gens Judaica multis privilegiis & immunitatibus est donata. qui in ejus gratiam Templum in  
 monte Garizim, Jerosolymitano simile, extruit, in quo Samaritanis & Judæis apostatis & defectoribus sacra faciebat.

*Nota in antecedens Sacerdotum stemma, ad illius illustrationem & confirmationem.*

Cum 1 Chron. cap. 6, Aharonis soboles deducatur per Eleazarum ad Jehorfadacum, qui abductus fuit à Nabuchodon. captivus Babylonem, eo ordine quo hic collocantur, cumque in ista serie multi in Scriptura dicantur functi summo Sacerdotio, nempe, Eleazar, Phineez, Tfadoc, Hazaria, Amoria, Hilkija, Seraja, cumque Sacerdotium familiae & soboli Phineazi datum sit à Deo quasi merces quaedam zeli ipsius, Num. 25. 9. planum est omnes qui hic recensentur, & in hac serie collocantur, fuisse summos Sacerdotes, vel re & facto, vel jure saltem, utpote qui omnes ab Eleazaro & Phineazo lineâ rectâ genus ducunt. Non enim est verisimile auctorem libri Chronicorum, qui dicitur esse Efdras, cum totus sit in genealogiis recensendis, omisisse summorum Sacerdotum ab Aharone per Eleazarum genealogiam. Atqui si hæc non est summorum Sacerdotum series, nullibi eam in tota Scriptura habemus, quod nullo modo sit verisimile.

Et Phineazum, vivente patre Eleazaro, Sacerdotio functum esse ex eo liquet, quod Ios. 22. 30. quum missus est ad Rubenitas vocatur Sacerdos. Verum quamdiu eo sit functus, vix potest ex Scriptura certò colligi. Iudi-

cum quidem cap. 20. 28. dicitur functus Sacerdotio, quum Israelitæ adversus Guibham & Benjaminitas pugnarent. Sed difficile est historiae illius tempus certò assignare. Nam etsi historia illa narretur post Samsonis historiam, illiusque obitum, non videtur tamen eâ posterior, nam à terræ Chanaan κληρονομία (quo tempore Phineez jam Sacerdotio fungebatur, Ios. 22. 13) ad Samsonis obitum anni sunt ut minimum 410: non videtur autem verisimile Phineazum tamdiu vel vixisse, vel etiam Sacerdotio functum esse.

γ Etsi nullibi (nisi 1. Chron. 6. 3, & Esdr. 7. 3.) Scriptura commemoret sex istos sequentes Sacerdotes, videtur tamen omnino necessarium, ut omnes aut nonnulli saltem, eorum Sacerdotio functi fuerint ob rationem præcedente nota allatam. Eli qui primus post Phineazum legitur Sacerdotio functus, Samsoni immediate in judicatura Israelis successit.

δ Eli ab Ithamare genus duxisse (non à Phineazo) liquet ex 1. Chron. 24. vers. 3, 6, 7. Quotus autem fuerit ab Ithamare non liquet in Scriptura. Cum ergo Sacerdotium Phineazi posteris à Deo attributum sit, omnino dicendus est Eli invasisse supra eos Sacerdotium

contra Dei præscriptum, quod eò securius fecisse videtur, quod cum Judex populi esset, nemo erat, qui eum hac de re arguere, aut ei obistere auderet. An autem supra Amariam, an verò supra Merajoth munus illud occupaverit, incertum est, quamquam verisimilius videtur eum illud eripuisse Amariæ potius quàm Merajotho, tum propter 410. annos, qui sunt ab initio Phineazi ad initium Eli, quibus explendis vix sufficiunt quinque virorum istorum vitæ, nedum, ut quisque eorum annos 72, vel 80, eo munere sit functus; tum quia inter initium Eli, & initium Tsadoki non intercedunt nisi anni 80, quibus explendis abundè sufficiunt duorum virorum vitæ, nempe Ahitubi & Amariæ. Hinc autem liquet ab Eli ad Tsadocum non nisi 80 annos intercedere, quia Eli judicavit Israelem annos 40, 1. Sam. 4. 18. Samuel autem & Saul simul rexerunt populum alios annos 40. Act. 13. 20, 21. Jam autem Achimelech à Saule interfectus est, non diu ante obitum suum: Achimeleco autem successit à Saule videtur Tsadocus.

ε Isti duo Ophni & Phineez non nisi vivente patre functi sunt Sacerdotio, ambo enim simul una eademque die ante patris obitum à Philistæis in bello interfecti sunt. 1. Sam. 4. 1.

ζ Et si nihil de istius Ahitubi Sacerdotio expressè in Scriptura legatur, tamen cum ejus filius Achija sub initium regni Saulis legatur functus illo munere, 1. Sam. 14. 3. consentaneum omnino videtur Ahitubum patrem ejus eodem munere defunctum esse spatio illo, quod intercessit inter patris sui Phineazi & avi sui Eli obitum, & Saulis regis exitum, quod intervallum, quantum fuerit, vix potest certò colligi. Johavod autem cum natus sit eo die, quo pater ejus Phineez periit, non videtur ob humilem ætatem functus Sacerdotio.

η Iste videtur fuisse primogenitus, nam primus legitur Sacerdotio functus initio regni Saulis, 1. Sam. 14. 3. Achimelech autem non nisi sub finem regni ejusdem Saulis commemoratur Sacerdos 1. Sam. 21.

θ Post interfectum à Saule Achimelechum cum tota Eli sobole, cum Abjathar unus ex ejus liberis profugisset ad Davidem, consentaneum videtur Sacerdotium è familia Eli ex Ichamari oriundi, ad Tsadocum à Phineazo ortum à Saule translatum fuisse, atque sic rediisse Sacerdotium ad Phineazi posteros, quibus illud fuerat ab Eli ereptum. Cùmque post Saulis mortem David regno potitus invenisset Tsadocum Sacerdotio fungentem, & quidem legitime, ut qui à Phineazo rectà lineà descenderet, vellètque Abiathari gratificari, quod se in exilio, quum Saul ipsum persequeretur, perpetuò comitatus esset, illum Tsadoco adjunxit sive secundarium Sacerdotem, sive fortè ita ut alternis uterque summus esset Sacerdos: unde est quòd sub Davide Tsadoc & Abiathar conjunguntur in Sacerdotio, 2. Sam. 8. 17.

ι Occiso patre Achimeleco à Saule ad Davidem fugit Abiathar, & cum eo in exilio perstitit, post Saulis mortem, à Davide Tsadoco in Sacerdotali munere adjunctus, toto regni Davidis tempore in eo munere permansit. Verùm cum à partibus Adonijæ contra Salomonem steterit, à Salomone eo munere eam ob rem abdicatus est, uti videre est 1. Reg. 2. 16, 27. Quod autem cap. 4. 4. ejusdem libri Abiathar cum Tsadoco rursus conjungitur, inde quidam putant Abiatharem à Salo-

mone paulò post muneri Sacerdotali fuisse restitutum; sed nihil necesse est id statuere, potuit nempe Abiathar honoris tantum causa nominari cum Tsadoco, etsi non esset in eo loco & gradu, quo prius: non est enim insolens, ut quis prioris dignitatis nomen & titulum retineat, etiam postquam eam deposuit.

κ Isti quidem duo, Ahimaaz & Jonathan commemorantur in Scriptura locis isthic annotatis. Omnino tamen verisimile videtur, Ahimaaz patri Sadoco successisse in Sacerdotio, de Jonathane idem dici non potest, siquidem pater ejus Abiathar submotus fuerat suo loco & munere.

λ 2. Sam. 8. 17. Achimelech filius Abjathar dicitur cum Tsadoco functus Sacerdotio sub Davide, qui locus mendii suspectus jure videri possit (ac legendum esse *Abiathar filius Achimelech*) si non obstaret locus 1. Chron. 24. 2, 6, 31. nisi & hic pariter legendum sit, Abiathar filius Achimelech, ut uterque locus accipiendus sit de Abiathare filio, non verò patre Achimeleci.

μ 1. Reg. 4. 2. Hazaria filius Tsadoc dicitur Sacerdos sub Salomone, quod quidam intelligunt dictum de isto Hazaria. Sed pace eorum dixerim, videri mihi eos hac in parte hallucinari. Nam vers. 4, Tsadoc & Abjathar dicuntur fuisse tum Sacerdotes. Quid? An nepos iste Hazaria supra & ante avum suum Tsadocum diceretur singulariter הכהן Sacerdos? non videtur. Quid ergo est? Nempe כהן isthic non Sacerdotem significat, sed, uti sæpius alibi, adeòque vers. 5. (ubi Zabud dicitur etiam כהן) significat Aulicum, sive primum Regis Officiarium, aut inter primarios, estque Hazaria iste filius Ahimaas, planè alius ab illo de quo 1. Reg. 4. 2. Porro de hoc Sacerdote Hazaria filio Ahimaas intelligendum omnino videtur id, quod 1. Chron. 5. 10. de sequente Hazaria filio Johanan dicitur; quod nempe exercuerit Sacerdotium in Templo à Salomone extructo: commodius enim de Templo recens extructo, quàm de eo quale fuit sub Hozia rege, sub quo posterior iste Hazaria vixit. Cæterum inter Hazariam istum & sequentem Johanan interponendus omnino videtur sequens Amaria, ut Amaria iste filius sit non posterior istius Hazariæ, sed prioris illius, uti mox probabitur.

ν Johanan iste alibi non commemoratur quàm 1. Chron. 6. vers. 9. & 10. sed videtur omnino idem cum eo esse Jojada ille insignis pietate Sacerdos, de quo 2. Reg. 11. qui Joasum regem à conjuratione Athalie servavit, ita ut sub Josaphato post Amariam caperit fungi Sacerdotio, usque ad exitum propè regni Joas, per annos circiter 50, aut verò 60.

ο Iste est qui Hozia regi thurificare volenti obstitit, prout id narratur 2. Chron. 15. 17. Neque enim potest id convenire antecedenti Hazariæ, nam Hozia tempus nimis remotum est à tempore prioris Hazariæ, qui sub Salomone Sacerdotium in Templo exercuit. Jam enim modò à nobis observatum fuit, id quod 1. Chron. 6. 10. dicitur de hoc Hazaria, quòd Sacerdotium exercuerit in Templo à Salomone extructo, magis esse intelligendum de priori Hazaria, qui inter eos, qui non in Tabernaculo, sed in Templo solo Salomonico ministrarunt, omnium primus fuit. Nam Tsadoc ejus avus, & Ahimaaz pater ipsius, vel etiam Abiathar & Achimelech,

AB INITIO IMPERII PERSARUM

Iec, qui ante eum ministrarunt in Templo Salomonico, prius in Tabernaculo ministraverunt. Sunt qui illud dictum 1. Chron. 6. 10. intelligant de posterioris istius Hazariae factu, quum Hoziae regi restitit. Sed durum plane videtur verbis tam generalibus factum tam singulare designari.

π An Zacharias Jojadae filius post patris obitum summus fuerit Sacerdos Scriptura non dicit, commemorat duntaxat eum fuisse à Joaso interfectum, quum ab eo de idololatria spiritu prophético afflatus increparetur. Quòd si summus Sacerdos fuisset, primò nihil opus fuisset spiritu prophético ad Joasum increpandum, potuisset enim & debuisset id facere pro munere Sacerdotali, quoungebatur, quomodo Hazaria prius Hosiae thurificanti obtulerat. Secundò non est probabile voluisse Joasum tantum facinus in summi Sacerdotis persona intra Templum ipsum patrare, fuisset enim id immanius multò ipso Saulis factu, qui Achimelecum cum 80 Sacerdotibus extra Tabernaculum interfecerat. Itaque videtur potius Zacharias fuisse unus ex minoribus Jojadae filiis, qui tacente & dissimulante fortè atque connivente ad Joasi idololatriam fratre Hazaria natu majore, afflatus spiritu prophético Joasum graviter increpuit. Quòd Zachariae factum Rex cum principibus potuit aliqua cum specie apud populum calumniari, quasi id fuerit non ab afflatu divino, sed à juvenili temeritate atque audacia, vel etiam perulantia, atque eo nomine populum in eum concitare.

ρ 2. Chron. 9. 11. Amaria dicitur fuisse summus Sacerdos & caput magni Synedrii tempore regis Josaphati. Cum autem præcedens Hazaria Hoziae regi sub finem regni ejus restitit, cumque Josaphati mors primùm Hoziae annum præcesserit annis ut minimum 78, planum est Amariam istum vel non eum esse qui Josaphati tempore fuit summus Sacerdos, vel non esse, præcedentis Hazariae filium; an enim filius ante patrem in Sacerdotio fuerit annis pæne centum? Cum itaque in hac summorum Sacerdotum linea & stemmate nullus alius Amaria occurrat, qui tempore Josaphati Sacerdotio fungi potuerit (nam prior Amaria Merajochi filius, & Ahitubi pater, non potuit Josaphati tempore vixisse,) nihil videtur magis consentaneum, quàm si dicamus istum Amariam non esse posterioris istius Hazariae (qui Hoziae restitit,) sed prioris qui sub Salomone fuit, filium. Sic enim potuerit sub Josaphato Sacerdotium exercere. Itaque gemina admittenda videntur Metathesis in loco 1. Chron. 6. 9, 10, 11, 12. ut nempe sic legantur vericuli isti, *Ahimaas genuit Hazariam (iste est, qui primus Sacerdotium exercuit in domo quam extruxit Salomon Ierosolymis:) Hazaria autem genuit Amariam, Amaria genuit Johanan, Johanan genuit Hazariam, Hazaria genuit Ahitubum. Ahitub genuit Tsadocum.* Hac facili Metathesi admissa solvuntur nodi inexplicabiles, qui oriuntur ex serie ista horum Sacerdotum, quæ est 1. Chr. 6. v. 9, 10, 11. Sunt qui Amariam illum, qui sub Josaphato fuit, dicant non fuisse Amariam istum posteriorem, neque etiam priorem illum Merajochi filium (vident enim neutrum istorum potuisse sub Josaphato Sacerdotio fungi: si posterior iste statuatur Hazariae, qui regi Hoziae restitit, filius, & Ahitubi pater: sed fuisse alium quendam Amariam ab Ithamare oriun-

AD EVERSAM JEROSOLYMAM.

77

dum. Sed quis credat pium regem Josaphatum constituisse summum Sacerdotem & caput Synedrii aliquem ex Eli & Ithamari posteris, cum paulò antè à Salomone Eli familia in Abiatharis persona à summo Sacerdotio fuerit exclusa, munusque illud ad Tsadoci posteros translatum. Omnino ergo Amaria ille, qui sub Josaphato fuit, est iste Amaria, sed qui prioris, non posterioris Hazariae fuit filius.

σ Ahitubum istum Hazariae non nepotem, sed filium fuisse ex antecedente nota liquet. Cæterum horum trium sequentium, nempe Ahitubi, Tsadoci & Schallum alibi non fit mentio, nisi isthic 1. Chron. 6. 11, 12, 13, & Nehem. 11. 11. nec ullibi commemorantur functi Sacerdotio. Est tamen omnino verisimile eos munere illo functos fuisse sub regibus Iothamo, Achazo, Ezechia & Manasse, ad Hilkijam usque Sacerdotem, qui 2. Chron. 34, & 35 dicitur Sacerdotio functus initio regni Iosiae. Ita Hazaria functus fuerit Sacerdotio sub Hozia, Ahitub sub Iothamo, Urias (excluso Merajochi) sub Achazo, Tsadoc sub Ezechia, Schallum denique sub Manasse, Hilkija etiam forte sub eodem Manasse cœperit eo munere defungi.

τ Nehem. 11. 11. inter Ahitubum & Tsadocum interponitur Merajoch, qui omittitur 1. Chron. 6. 12. Atque hæc fortè reddi potest causa hujus omissionis, quòd scilicet impius rex Achaz istum Merajochum Sacerdotio submoverit, & Uriam in ejus locum substituerit, quòd illum repugnare, istum verò favere & assentari profanae suæ idololatriæ sciret. Quia ergo Merajoch iste ab Achazo officio submotus Sacerdotio summo non est functus, ideo forte in serie & catalogo summorum Sacerdotum non est 1. Chron. 6. collocatus.

υ Urias iste sive ex Eli & Ithamare, sive ex Phineazo oriundus fuerit, sed in secundo ordine, viderit ab Achazo idololatra in Merajochi locum & munus substitutus, ut hoc beneficio devinctum & obsequentem idolomania suæ haberet istum Uriam.

φ De hoc Tsadoco alibi nulla fit mentio. Videtur autem sub Ezechia rege functus Sacerdotio (expulso & dejecto impio Urias) & patri Merajochi successisse, atque in eo munere fortè perdurasse etiam sub Manasse.


χ Schallum iste, sive Meschullam alibi non commemoratur. Verisimile est tamen (ex superiore nota σ) eum sub Manasse fuisse Sacerdotem.

ψ Hilkijam pium fuisse Sacerdotem lique ex Historia 2. Reg. 22. & 2. Chron. 34. 35. & fortasse Iosiam regem, octennem, quum cœpit regnare, instituit in pietate, eique fuit auctor instaurandi Dei cultum collapsum sub Manasse & Amon impiis regibus.

ω Inter Sacerdotes, qui instauratis à Nehemia Hierosolymis illic habitaverunt, numeratur Seraja Neh. 11. 11. vel Hazaria Esd. 9. 11. filius Hilkijæ F. Meschullam, F. Tsadae, F. Merajoch, F. Ahitub Præfetti domui Dei. Unde videri posset Serajam illum vel Hazariam esse istum, qui hic in stemmate isto collocatur. At fieri id non potest: nam qui posset Seraja, qui sub Sedecia fuit Sacerdos, vivere adhuc tum, quum muri Ierosolymitani à Nehemia sunt instaurati, cum inter Sedeciae casum, & murorum Ierosol. instauracionem, ut minimum anni sint 155, si dicamus Ierosolymam instauratam anno 20 Artaxerxis Longimani; aut anni 215, si secundum Sca-

lig. & alios, statuetur Ierosolymorum instauratio facta anno 20. Artaxerxis Mnemonis. Deinde qui fit ut Seraja seu Hazaria ille collocetur, & nominetur post Iodahiam F. Iejarib, & post Iakin Sacerdotes. Certè si esset ille Seraja pater Iehosadac, & avus Ieschuaë, non ita collocaretur tertio aut quarto loco post duos vel tres gregarios Sacerdotes, quos ætate, dignitate, & omni mo-

do longè anteibat. Quid ergo est? Nempe Seraja ille non is est, qui summus Sacerdos fuit tempore Sedeciaë, sed aliquis ex ejus posteris, qui eodem fuit nomine, ille nempe fortè, cujus fit mentio Nehem. 10. 2. qui fœdus à populo cum Deo initum tertius sigillo suo confirmavit post Nehemiam & Sedeciam.



*Ex Josephi Series & Stemma Pontificum Judaorum, à Jaddo, sive Jadduach libb. de Antiq. Judæorum, (qui Alexandro M. obviam processit) usque ad Assamonæos, & ab Assamonæis usque ad Herodem Regem, sub quo Dominus noster Jesus Christus, summus Ecclesiæ Pontifex, natus est.*

Jaddus, qui Alexandro M. obviam processit, in Scriptura Jadduah appellatur.

4 Manasses, post Eleazari ex fratre Nepotis obitum Sacerdotio functus. 1 Onias primus, post Jaddum patrem Pontifex factus.

3 Eleazarus, qui ob impuberem Oniæ secundi ex fratre Simone nepotis ætatem, Sacerdotio functus est. Is est (secundum Josephum) ad quem Ptolomæus Philadelphus scripsit, ut ad se mitteret sacra Biblia in Græcam linguam convertenda. 2 Simon cognomine Justus, post patrem Oniam Sacerdotio functus filium impuberem reliquit.

5 Onias secundus post patrum Eleazari & Manassis obitum Sacerdotio functus est. Qui cum avarissimus esset, & tributum modicum 20 Talentorum, Regibus Ægypti pendi solitum solvere negligeret, gravissimè ea de causa Ptolemæum Evergerem offendit, qui missa legatione Judæis internecionem minatus est, sed ejus ira à Josepho delinita est redemptis ab eo totius Syriæ & Judææ vestigialibus. Tobias. 7. 4. Solymius: Josephus, ingeniosus adolescens, qui cum in Ptolomæi Evergetis gratiam venisset, Syriæ & Judææ vestigialia omnia ab eo redemit, eaque tenuit per annos 22, quorum tributorum nomine duplo plus reddebat Ptolemæo quàm prius ex iis solitus esset ab aliis tributorum redemptoris accipere. Multis beneficiis totam gentem suam per illud tempus affecit, & ex ea tributorum redemptione in immensum diratus est.

6 Simon secundus Oniæ patri in Sacerdotio succedit. Hyrcanus ingeniosissimus & magnificentissimus juvenis, Ptolemæo Evergeti & Cleopatras ejus conjugii carissimus.

7 Onias tertius, ad quem scripsit Arius Lacædemoniorum Rex epistolam illam quæ habetur in lib. Machabæorum. 8 Jesus post fratris Oniæ mortem, ob impuberem filii ejus ætatem, ab Antiocho Epiphane Pontifex constitutus Jason vocari voluit. Sed mox inensus ei Antiochus, cum Sacerdotium Menelao fratri ejus obtulisset, Jesus excitata populi adversus fratrem seditione eum expulit. 9 Menelaus, prius Onias dictus, fratrum minimus, Pontificatum fratri Jesu ademptum ab Antiocho Epiphane accepit. Sed mox excitata adversus eum populi seditione, pulsus à fratre cogitur ad Antiochum fugere, à quo, patriâ lege relicta, facultatem cum suis sequacibus accepit ab eo vendi secundum ritus Græcorum, primisque Gymnasium Hierosolymis extruxit. Post decennium in Pontificatu exactum, ab Antiocho Eupatore abdicatur, & Beroæ Syriæ necatur.

Simon

SERIES PONTIFICUM.

79

Simon  
|  
Johannes  
|  
Matathias  
|

Alcimus sive Jakimus, qui de genere Sacerdotali nullo modo fuit, post interfectum Menelaum ab Antiocho Eupatore, Pontificatum accepit, quo per quadriennium functus est. Isti defuncto successit Judas Machabæus.

<sup>2</sup> Jonathas, postquam per quadriennium vacasset Sacerdotium, illud à Pseudo-Alexandro oblatum accepit, atque unà cum principatu tenuit per quadriennium, dolo à Tryphone occisus.

<sup>3</sup> Simon post fratris Jonathæ mortem Pontificatum & Principatum simul per annos octo tenuit, insidiis Ptolomæi generi sui in convivio interfectus.

<sup>1</sup> Judas Machabæus à populo in Pontificem electus, primus Assamonæorum, cui Sacerdotium cum principatu populus detulit, per triennium post Alcimi mortem functus est Sacerdotio. Eo mortuo vacat Pontificatus per quadriennium.

<sup>4</sup> Johannes Hyrcanus post patris Simonis cædem contra Ptolemæum Simonis generum à populo exceptus Principatum & Pontificatum simul tenuit per annos 30. Vixit felicissimè non rex modò & Sacerdos, verùm etiam Propheta. Deus enim eum alloquio suo non semel dignatus est, multaque prædixit.

<sup>5</sup> Salome = Judas sive Aristobulus post Hyrcani patris mortem annum unum duntaxat regnum tenuit, & Pontificatum sanguinis vomitu (divina eum persequente vindicta ob cæsum fratrem Antigonom) extinctus. Primus Assamonæorum diadema regium capit circumposuit.

<sup>6</sup> Alexander annos 27 regnum cum Sacerdotio tenuit, Judæis exosus qui sæpius bellum ei intulerunt, totiesque ab eo victi sunt, tandem quartana febre ex intemperantia orta extinctus est.

= Alexandra post mariti mortem regnum per 9. annos administravit, Sacerdotio interim collato in filium Hyrcanum.

<sup>7</sup> Hyrcanus post patris Alexandri mortem, interim dum mater Alexandra regnum administrat, ipse per annos 9 Pontificatum tenuit. Post matris autem mortem à fratre Aristobulo cogitur vitam privatam vivere per annos 3. menses 3. quibus Aristobulus regnum & Sacerdotium simul tenuit. Ubi verò à Pompeio captus & victus Romam missus est Aristobulus, ipse tum regno tum Sacerdotio restitutus est, quæ ipse tenuit per annos 23. Deinde à Parthis captus auribus truncatus & Babylonem abductus est. Unde aliquot post annis ab Herode specie benevolentiae revocatus & à Parthis dimissus, mox ab eo clam interficitur, cum mortuo Antonio ad Augustum ipse properaret.

<sup>8</sup> Aristobulus fratre Hyrcano natu minor, sed ingenio & animo longè superior, post matris obitum fratre armis superato, cogit eum regno & Sacerdotio se abdicare, quæ ipse simul tenuit per annos tres, & menses tres. Quibus exactis à Pompeio ad Hyrcani preces superatur, & captus Jerosolymis victus cum tota familia Romam mittitur.

Alexandra = Alexander cum Romam unà cum patre à Pompeio abduceretur, in itinere fugâ se subducit, res novas in Judæa adversus Hyrcanum molitus à Gabinio Pompeii legato vincitur, rursus rebellans ab eodem Gabinio superatur, paulo post Pompeii jussu à Scione secum percutitur.

<sup>9</sup> Antigonus à Ptolemæo Mennæo Calchidistyranno accitus & in tuellam susceptus apud Cæsarem Hyrcanum & Antipatrum Herodis patrem accusans spe sua excidit. Sed mox Parthorum, qui Syriam supra Romanos occupaverant, ope Hyrcanum oppugnat Jerosolymis, captum auribus truncat ut esset Sacerdotio inhabilis, Parthisque abducendum Babylonem tradit. Ipse per triennium & menses sex regno & sacerdotio potitur, quibus exactis ab Herode Jerosolymis obsessus, captus victus ad Antonium missus, moxque ab eo Herodis suasu interfectus.

Herodes M. Rex = Mariamme Alexandri & Alexandræ filia, Herodi vehementer amata, ab eo impetrata postulationem devit, ut Aristobulus frater crearetur Pontifex.

<sup>10</sup> Aristobulus adolescens annorum 17, formâ eximius, ab Herode in gratiam uxoris suæ Mariammæ Pontifex constitutus, anno uno functus est Sacerdotio, sed mox ab Herode ex suspitione dolo necatur. Ultimus ex Assamonæis, qui gessit Pontificatum.

bellatum per triennium Antigonom, creat Pontificem Ananelum obscuri generis Sacerdotem, Babylone accersitum, olim sibi notum & familiarem, sed mox ob indignationem socris suæ Alexandræ, & Mariammæ conjugis ea de causa conceptam, eo abdicato substituitur ei Aristobulus, qui ultimus Assamonæorum fuit, quo extincto sacerdotium iterum est Ananelo traditum, ac deinceps Pontificatus ad arbitrium Herodis, ejusque posterorum vel Romanorum, modò huic, modò illi, etiam pretio interdum collatus est.

*Series summorum Pontificum Judaicorum, ex quo ab Herode ereptum est Assamonæis regnum cum sacerdotio, ad excidium usque Templi & Jerosolymorum per Titum Vespasianum. Ex Josephi libb. de Antiq. Jud.*

**P**ost arte & dolo necatum Aristobulum, ultimum ex Assamonæorum genere summum Pontificem, Herodes, ejusq; filius Archelaus, adeoque & Romani, postquam Iudæa est in provinciam redacta, Pontificatum contulerunt in quoslibet ex Sacerdotum numero & genere, licet alioqui obscuros, quos ipsi pro arbitrio & libitu instituebant & destituebant. Horum primus fuit

1. Ananelus ab Herode Babylone accersitus, olim ipsi notus & familiaris, cui postea ab eodem substitutus fuit

2. Jesus Phabeti filius, cui deinde Sacerdotium abrogavit, & successor ei datus est

3. Simon Boethi Alexandrini filius (vel potius Boethus ipse, quo cum filius ejus Simon videtur Sacerdotium exercuisse.) Hujus Simonis aliam Mariammen formosissimam cum vellent ducere in uxorem Herodes, patri Simoni vel avo Boetho, Pontificatum contulit. Hanc cum postea ob insidias ipsi ab ea structas necasset Herodes, Simoni patri Sacerdotium abrogavit, eique successus est

4. Matthias Theophili Hierosolymitani F. Iste paucis ante Herodis mortem mensibus privatus est ab eo Sacerdotio, eique substitutus

5. Ioazarus Boethi filius Mariammes conjugis Herodis parruus, cui Archelaus ab Augusto in regno confirmatus abrogat Pontificatum, eique substituitur

6. Eleazarus Ioazari frater. Eidem mox idem abrogat Sacerdotium, & viventi substituitur

7. Jesus Sæ F. Iste deinde videtur omnino sub Archelai finem depulsus Sacerdotio, & in Pontificatu restitutus

8. Ioazarus ille prior. Nam cum post Archelai exilium & religationem, ab Augusto missus esset in Iudæam Quirinus, qui censum ageret, & Archelai bona divenderet, persuadente Joazaro Pontifice (inquit Josephus) populus tandem acquievit illi descriptioni ac censui. Mox seditione populi contra eum excitata, Quirinus eum privavit Sacerdotio, atque ei successus est

9. Ananus Sethi F. cui non multo post à Valerio Grato Iudææ (à Tiberio missa) Præsidi Pontificatus est ademptus, eique successus

10. Ismael Fabi F. quo mox destituto, substituitur

11. Eleazarus Anani Pontificis F. Elapso anno dignitatem huic adimit, sufficiturque

12. Simon Camithi F. qui annum similiter in hac dignitate egit, quo exacto successor ei datur

13. Josephus cognomento Cajaphas (ille sub quo Christus est passus, Annæ, hoc est Anani illius præcedentis, gener, ut habet historia Evangelica.) Is à Vitellio sub finem regni Tiberii privatus est Sacerdotio, eique subrogatus

14. Jonathas Anani Pontificis filius, cui paulo post idem Vitellus, quum ad bellum Arabicum proficisceretur, paulo ante Tiberii mortem Pontificatum ademit, eique successus est

15. Theophilus Jonathæ frater, huic Agrippa M. quum Româ post Caligulæ cædem venisset, initio regni Claudii, Pontificatum abrogat, eique sufficitur

16. Simon cognomento Canthara Boethi F. qui jam antè vivente Herode functus fuerat illâ dignitate unâ cum patre. Huic mox Pontificatum abrogat Agrippa, & successor ei datus est

17. Matthias Anani Pontificis F. & Jonathæ frater, cui deinde cum idem Agrippa Pontificatum ademisset, successus est ei

18. Elionæus Cithæi F. Huic etiam videtur ademptus Pontificatus, eique subrogatus est

19. Simon Canthara. At post Agrippæ M. mortem, Herodes Calchidis Rex Agrippæ frater impetrat à Claudio potestate in Templum & sacrum ærarium, hoc Simone in ordinem redacto, successus est ei

20. Josephus Canei five Camydis F. quem idem Herodes mox privavit illâ dignitate, eique substitutus

21. Ananias Nebedæi F. Iste à Numidio Quadrato Syriæ Præsidi missus est Romam unâ cum Cumano Judææ Procuratore, redditurus Claudio rationem seditionis cujus accusabatur circa decimum Principatus Claudii annum. Abrogatus videtur ei ea de causa Pontificatus, eique substitutus

22. Ionathas, quem Felix Procurator Iudææ, cum odio prosequeretur, curavit per sicarios interfici, eique subrogatus est

23. Ismael Fabi F. Iste Romam ivit ad Neronem cum decem Judæorum legatis, postulaturus ut paries quidam (quem Festus Procurator volebat dirui) in Templo exstructus, ad arcendum ne quis ex Rēgia, quid in Templo fieret, prospicere posset, maneret incolumis, Romæ detentus est tanquam obses, quo intellecto ei à Festo subrogatus est

24. Josephus cognomento Cabi, Simonis quondam Pontificis F. cui Herodes Agrippas post Festi mortem, ademit Pontificatum, estque illi substitutus

25. Ananus Anani quondam Pontificis F. Is sectâ Sadducæus statim atque Pontificatum adeptus est, Jacobum Domini nostri Jesu Christi fratrem securi percussit, improbanctibus id factum plerisque Iudæis: qua de causa tertio post adeptum Pontificatum mense, abrogatum est ei Sacerdotium ab Herode Agrippa, illique substitutus

26. Jesus Damnæi filius, cui cum idem Herodes ademisset Pontificatum, successor datus est

27. Jesus Gamalielis F. Huic cum abrogasset etiam Pontificatum, successor datus est

28. Matthias Theophili F. sub quo Iudaicum bellum initium habuit, anno Principatus Neronis dodecimo. Huic deinde à seditiosis Zeloris (belli tempore) successus vel oppositus est

29. Phanazus; ultimus Pontificum Ierosolymis in Templo Sacerdotio functus est.